BAptiſtã Mantuanũ: Faũſtum Pariſienſem & Campanũ: poętice artis pfeſſores excellẽtiſſimos: quos naturam ad ipam pficiendã illuſtrandã & decorandã genuiſſe credim? Hos inquã viros doctiſſimos: legimus aliqñ palinodiã cecíniſſe eius artis cũ ſtrenuę pfitebantur: qp cũ alienum fuerit ab eis tuipe indicato Theodorice amabiliſſime: qui eorum iucunda ſcripta: dudũ cognouiſti legiſti & obſeruaſti: vti pius & doctus muſarũ alũnus: in cuius labijs musam atticã ſediſſe arbitror: quemadmodũ de xenophonte ſcribitur Ita cũ in pñtiarũ q ſe offerunt tuo nõi dedicanda. pio ſuſcipias animo enixe pcamur. Talia em̃ ſunt q ad ſtomachũ faciũt quę amicis apponi ſolent q doctis & bonis interptibus aſferri conſueuerunt. Hæc ſi inſipida prĩa fronte videnẽt: dulcedinem tamẽ quandam preſe ferunt: ſi iuſte maſticentur. Quũ eoipo admonemur: ne plus cũ oporteat vanis & anilibus deliramentis intendamus: ne de nobis hoc vulgi dicterium verum fiat: puer centum annorũ: hoc eſt ne ſemp pueri ſimus: in ſeniũ vſq & ſenectam: neve impudicis laſciuis & blandis quorundã gentilium ſcriptis ſeducamur vel oblectamur quibus prohdolor maiore parte: poeſis gentilium ſcatet: & niſi aurum a ſtercore bene & docte: a pio fideli & bono interprete ſegregetur: incidimus in ſcorias & furfures Atcq dum fructum demetire ſperamus: lolium reperimus.

Hęc autem vrgentiſſima mihi cauſa viſa eſt: vt in lucem daretur: quę Hermolaus barbarus vir eruditiſſimus acerrimis pbatoibus in poetas tales: gẽtiles ipudicos laſciuos & ſeductores: eleganter & philoſophice admodum cõſcripſit.

¶ PROLOGVS

Quę tibi amico & fautori ſingulariſſimo dedicam⁹: ea cõditione: vt qñ ꝓ otiũ licũerit atq; a defenſionũ muneribus abſolut⁹ fueris calamũ ſumas. Vt ſicut ille contra gentiles ſcripſerit: tu ꝓ xp̃iãis laborẽ nõ ſubtrfugias? Sol⁹ em̃ ex multorũ clariſſimorꝫ hoim cętu viſus es ad hãc rẽ ꝓficiendã optime idone⁹ & q̃ſi a natura dat⁹. Ne pius illorꝫ labor (xp̃ianorꝫ ſc3 poetarꝫ) a caſtillatorib⁹ & oſorib⁹ ꝓteratur abiſcia tur aut ſupplãtetur? Vt tandẽ iuuentus germanica relictis fabulis & gentiliũ nugis: ad veratiora & veriſſima ſeſe flectat. Nõ em̃ ars ſed abuſus dãpnat̃. Vale & me tibi deditiſſimũ ſperato Ex argẽtina, Kaleñ. Martias. Anno redẽptionis noſtrę. M.D.VIII.

¶ IODOCI BADII ASCENSII VT boni iuuenes ad litterarꝫ ſtudia feruẽtius incũbãt cohortatio.

¶ Ingenui iuuenes fatis melioribus orti.
Quis acre ingenium Iupiter ipe dedit:
Pellite ſegnitiem vetereſq; reuoluite libros
Quorum inſtar licitum eſt condere cuiq; nouos
Edite quo noſcant vixiſſe aliquando minores
Triſte etem̃ totum eſt morte migrare virꝫ
Nec mihi tam ignaua quiſq̃ formidine dicat.
Quid faciam qñ facta periſſe ſciam?
Scilicet ęgregij periere volumina criſpi
Et bona pars plauti diacq; verba titi.
Denicq; ſi veterum repetas monumenta virorũm
Heu quota quęq; extet portio codicibus
At nihil excuſes tranſacti oblituia ſeculi
Nec belli rabiem nec rapidi aſtra poli
Perpetuum ſiquidem cunctis extantibus eũtum
Mira impreſſores arte dedere libros.

¶ HERMOLAVS
¶ AD REVERENDISSIMVM IN CHRI sto patrem & dñm dñm Petrum tt sancti Marci presbyterum: Cardinalē dignissimum: Hermolai barbari veneti dei patientia Episcopi veronensis.
Orationes contra poetas.

¶ 44.

IS SVPERIORIBVS DIEBVS REuerendissime pater quum inter nōnullos religiosos familiares nostros eruditos quidē viros: orta esset contentio quedam honestissima sane ac digna: vt vniuscuiusq; grauissimi viri aures adhiberentur. Quę fuit: vtrum a christiano & religioso viro poete potissimum essent perlegendi: multaq; exvtraq; parte inducerētur. tamen nonnulle quoq; fuerunt coram me: tanto studio ac diligentia orationes habite: vt non cōtemnendam esse eam causam existimarim. Verum quum tandem mihi placuisset ea sententia: vt ad ingenij eruditionem animiq; doctrinam non ad voluptatem aut lasciuiam legerentur: iuxta canonicas sanctiones: emersit demum vir quidam ex his vicinis nostre custodie paludibus: qui & si in ea quam profitetur scientia: doctissimus a suis haberetur: nescio tamen quo spiritu afflatus: tantas in vna ipsius pergrandi epistola: poetice disciplinę laudes congessit: vt non solum poetas: ob ingenij magnitudinē: admiratiōe dignos iudicaret: sed adeo eos prosequeretur: vt cum ipsa pene diuinitate: mutua quadam quasi sanguinis cōmunionem: coniungere videretur: cuius ineptijs quum arrisissem: primo tamen etiam ne existimaret me ob taciturnitatem meam: ipsius opinionē cōprobasse: quam stultam & inanem semper fuisse iudicaui: duabus orationibus meis decreui aduersus tantam insurgere obortam in veram religionem insaniam: aut potius in-

gratitudinem:& presertim cum ea:a nostre religionis pre/
cone confirmarentur. Quarum alterā studeo declarare:nul/
lam vnq3 fuisse etatē:in qua semper nō fuerint abiecti poe/
te:nec vnq3 sancti neq3 theologi neq3, diuini habiti: preter
vnum orpheum:cuius tamen mores ac vitam huiusmodi
fuisse traditur:vt ab omni prorsus sanctitate:ac virtutis cul
tui se ung:retur! Alterā vero quum rationes illas quas indu
cit:ad comprobandam poeticam assumpserim: eas quoq3
enitor refellere ac confutare.fretus maxime diuinarum scri/
pturarum auctoritate. Quas quidam &si certo sciam:non
dignū mumus esse:tua dignitate ac excellentia:statui tamē
ad te mittere:vt intelligeres nihil esse:quod efficere facultā/
te aliqua possem:aut ingenio complecti: aut studio & in/
dustria prosequi:quod prius tuum esse non velim:q3 scias
me tibi omnia esse debiturum: & vt sis qui hanc susceptā
causam meam:tua dignitate illustres:ac si qui fuerint q de/
testentur:tua prudentia ac virtute tuearis ac defendas! Ti/
meo enim. ne plerieq3 sint: qui his studijs: non amore do/
ctrine ac eruditionis:sed lasciuia ac verborum lenocinijs pel
lecti:quasi syrenarum cantu irretiti detinentur:nostrā hanc
expeditionem calumnientur:excitēturq3 forte aduersus me
mihiq3 quasi iam quiescenti ac prope sopito: bellum indi/
cant. Sed meminerint queso:nil esse veritate gratius:nil re/
ligione ac vero dei cultu firmius: ac solidius: in quo omnē
spem meā:fidēq3 ac cogitationē fixi & locaui. Vale foelix
in domino Iesu;mi domine colendissime.

95.

ORATIO

HERMOLAVS BARBARVS APPELLA tus Pontifex veronensis: suo charissimo in christo fratri Barholomeo Lendenariensi: Ordinis mi= norum, Artiumq; ac sacre theologie magi= stro; Salutem in domino.

EPISTOLAM TVAM QVAM PRO= ximis his diebus ad me misisti: quum avide p= legissem non mediocrem voluptatẽ cœpi: q ea abs te studia laudari cõspicerem quibus me ab ineunte ętate adolescentia mea: adeo & consue= tudo & natura & voluntas assuefecerat: vt non nisi cum merore animiq; modestia: ab huiusmodi delicio= sissimis quasi parentũ vberibus: quibus pristinã illã ętatem meã educauerã diuelli posse arbitrarer Gaudebamq; ac ve hementer letabar: te mihi talem virũ obtigisse: quasi cõsor= tem quendam huius mee prope ingenite voluptatis: qui no n solum superiorem adolescentiam illam ita actam ac ita institutam laudaret! Verum etiam & reliqũ ętatis cursum n on diceret debere ab huiusmodi disciplinis deterreri. Sed potius id mihi & rationibus & exemplis adeo persuadere ac adhortari: vt nil tibi a me posse fieri dignius videret! Ve= rum & si gratissima sit autoritas tua: neq; hisce in rebus cõ temnenda: in quibus te iam pridem mihi videris ingeniũ tuum & cudisse & elaborasse: tamen quum considero qua= les poetarum mores fuerũt: quę disciplina: quod studium quis vite exitus: quid superior ętas: quidue nostra de illis sen= serit: & potissimũ doctissimi ac sanctissimi nostre religiõis viri: adeo deficior dentro ac pturbor animo: vt non possim mihi psuadere: quũ poetica ipsa nõ sit aliqua in parte dam= nanda: neq; omnino vt censes admittenda: quum nullam vnq; fuisse ętatem existimem: in qua non dico: non diui= ni aut theologi: vt inquis haberentur? Sed nec vllum

vnq̃ honoris gradum quo aduixerint sint consecuti? Quin ĩmo potius semp contempti: semper spreti semp abiecti: p̃ ter paucos admodũ: quibus aut benignitas tẽporis facit: aut summa in vno homine potestas: aut perditi vnius ciuitatis mores: quę vanis quibusdam studijs: inanibusq̃ cantilenis & theatricis ludis delectaretur: quũ omniũ turpitudinũ lasciuissimarũq̃ rerum ac vanissimarũ superstitionũ: aut inuentores aut scriptores extiterint. nec si inter ludicras artes ac scenicas pompas: quasi histriones versarentur? Quinĩmo & ipsi plerumq̃ spe quęstus histrionicam turpiter exercẽ ũt vt ostẽdam. Eoq̃ meliores semper habiti: quo effutire maiora mendacia didicerint: magisq̃ res nouas effingere: propter quod & poete & vates sunt appellati: quibus audientium mentes: ad ineptam quandam & prophanam voluptatem libidinẽq̃ cõcitarent. Nã qũãto altius repete e mẽoria possum: atq̃ ab his grecis incipere: a q̃bus ea ars primo elaborata: ad nostros postea patulatim defluxit. Duos inuenio p̃ ceteris extitisse. Linũ ac Orpheũ. Nã hos omniũ atiquissimos fuisse nemo dubitat. Supra vero hãc ętatẽ: nulla prsus extat mẽoria? Quinĩmo Linus ipe adeo iã pridẽ vetustatę cõsentit: vt nihil penitus illius viri nobis relictũ sit: p̃ter poete nomẽ. Verũ ambos satis cõstat: ante vltimũ ttoianum bellum excedisse. Nã quo tẽpore picus in italia: & in phrigia Laomedon priami pater regnabat. Orpheũ cum argonautis: ad debellandã primã troiã, cõtendisse tradit. Vnde eius adhuc extat liber: q argonautica inscribitur: is vt omittã reliquũ: quoniã iam prorsus ex hoĩm memoria desoleuit: quũ esset illi ętati summe admiratiõi: ob eius imprimis eloquentiam: quam nõ inficior mirabilem in poetis fuisse: tum etiam ob rei nouitatem: vnde adhuc ac indocte sese ex dijs genitũ esse consinxit? Quo facilius: detestandos eius mores: ac deprauatam eius disciplinam: persuaderet: nã primus fuisse traditur: q sordissima, illa liberi patris sacra: gre-

cie populis indixerit: haud quaq; assuetis adh.uc: tam sedis ac tam perditis moribus: vnde primus etiam ab ignara gente illa: & quid nam esset deus: prorsus insscia: theologus est appellatus. In quibus quidē sacris: nihil erat tam turpe neq; tam flagitiosum: quod ibi patrare non liceret. Quę quū postea ad romanos peruenissent: ac vniuersam iam fedasset italiam: adeo displicuisse senatui scribit Varro: vt ex vrbe prorsus iusserit auferri. Primus etiā fuisse traditur: qui pedicaria turpitudine: vno omniū nephandissimo scelere: ipsius patriam ac thracie sinus infecerat. Vñ euenit: vt cui musę antea prestiterant mammas: ipse a musarum ancillulis discerperetur: atq; inter eius constituta sacra: mulierum dentibus dilaniaretur. Quę cum ita sint: quęso quo animo censebis: illius libros: a christiano viro esse legendos: cuius tam turpes mores & tam fœda vita ac tam sordida extiterit disciplina. Quis illum ex nostris audebit theologum appellare: a cuius sacris auertit etiam se gentilis senatus Romanus. Quis illum extimabit diis genitum: qui tam nephariā religionem: de diis suis instituerit. Qui tam horrendam libidinem: preter etiam nature decus: atq; humani generis propagationem induxerit. Sed omittamus istum: qui tam preclarum principium poetice attulit. Verum hunc postea secuti homerus & hesiodus: quos fateor longe omnes & eloquentia & ingenij magnitudine antecessisse: floremq; ac medullam fuisse poetice disciplinę: in his que ipsam naturam: omnem eius rei artem expressisse: atq; ipsam artem: omnē prope naturam superasse. Verumtamen nec ea ętate quā Aristoteles & Aristarchus scribunt centum annos post captiuitatem troie fuisse: dū Eneas siluius albe regnaret: vllus vnq; tantis ingenijs tant eq; doctrine habitus est honor: neq; dignitas habita. Neq; hij qui sine vlla contradictione poetice artem obtinuerunt: vnq; theologi sunt appellati. Quinimo alterum temulentum fuisse scribit herodotus: & amissis ocu

lis in senectute pene destitutũ: & demum qũũ ad quandam insulam perueniisset a piscatoribus increpatũ q̃ questionẽ quandam soluere nequiuisset dolore interisse. Alterum vero adeo supstitiosum fuisse constat: adeoq̃ inanem vanissimę disciplinę auctorẽ: vt preter illud: q̃ quosdã dies in rebus gerendis obseruandos esse: q̃si per nicios issimos iusserit: librum etiã reliquerit: de deor̃ generatione: plenũ sane religionis ipsius vanitate: vt nemo est tam alienus a christi fide: qui posset illũ sine multo risu: nec sine multo horrore perlegere. Nec tũ quidem vllo in honore poeticã fuisse: ex eo ipsius libro potissimũ constat: quẽ dedicatum p̃ se eius fratri: ΗΕΞΗΜΕΡΟΝ appellauit: id est opa & dies quũ in eo libro: illum ad aratrũ & telluris cultũ, puocet: q̃si inopem agricolã ac desidẽ virũ: nullisq̃ liberali prorsus assuetum industrię? Quod maxio argumẽto est: nec ea vt dixi ętate: in aliq̃ hominũ opinione aut auctoritate: poeticã fuisse. Crescẽte deinde grecie imperio paulatim etiam succreuit poetarũ multitudo: nullo tamẽ a sua re p. honori ac dignitate habito. Nã propinquior his: ętate dico nõ doctrina: Eumelius corinthius fuit: quẽ inquit Eusebius: eo tempore in grecia fuisse: quo albe regnauit Amulius Roma nec dum cõdita. Quẽ secuti sunt postea & archelochus & Symonides & Alcinoon: lirici omnes: tñ roma iam condita? Quo maxie tẽpore. Tullus hostilius: qui albã subuertit: regnũ obtinuerat. Deinde alij pro sua quisq̃ ętate: quamplurimi: vt Museus quo Ancus Marcius regnabat: & Sapho & Alce? & Terpsicorus: quo Tarquinius priscus & Theognis & Anacheron liricus: quo Tarquinius superbus & Eschilus: qui primus apud illos tragoediarũ scripter fuit: & Pindar? liricus quo expulsis iã Rome regibus. Brutus & Valerius: primũ consulatũ gesserunt. Paulo vero post Sophocles & Euripides: tragoedi ambo. Postremo vero omniũ comici. Aristophanes & Euporis & Menãder: quos nostri, postea prece-

ptores ſuñt ſecúti. Ne dū apud noſtros: vllus adhūc poeta
euaſerat. Sed quo in honore aut dignitate aut precio fuerit
apud illos huc vſq; poetica: teſtes ſūt imprimis tragœdi &
comici. Quor; oña: quū niſi ī theatricis ludis ſceniſciſq; pō
pis: ad cōcitandā in libidinē multitudinē exornarent: tragi-
ci cōtenti viliſſimo ꝓcio: de laude ꝓſtātiaq; cōcertabāt: quū
victores a ꝓſidēte: olido hirco donarētur: a quo tragici ſūt
appellati. Nam τρα. greci hircū vocāt: & nō vt plerīq; ex
iſtimāt: ꝙ tragicus cātus aſper ſit & horrid⁹ vt hircus: quē-
admodū etiā horatius teſtat: quū de poetis loq̄ret; inqens.
Carmīe q̄ tragico: vilē certauit ob hircū. Comicor; vero
cātus: nō ſolū ꝑ theatra vt dixi euagabātur ab initio: ſed etiā
inter crapulatiōes & ebrietates: ꝑ oīaq; luſtra: lenonū more
ac meretricular; impudentiū verſabātur. Vñ etiam nomē
traxere. Nā greci crapulationē & ebrieta-
tem ſignat & κωμος cantū: ex quibus duobus compoſita eſt
comedia. Ideo tardius a noſtris ea ars cognita fuit. Qñqui-
dem italia ipa: grauioribꝰ ab initio intēta ſtudijs: aut rei mi-
litaris diſciplina detinebat: in qua ceteris gētibus ꝑeſſe cpe
preciū exiſtimabat: aut philoſophię cupiditate: omniūq; hu
manar; rer; & diuinar;: inueſtigādeq; nature deſiderio: &
veritatis cognoſcēde amore afficiebat: vnde euenit vt tot cla
riſſimi viri: in quocūq; genere laudis euaſerint! Qualis fuit
ex locris timeus: & ex tarēto architas: ad quos audiēdos: ꝑ
uenit ea tēpeſtate Plato: eāq; pulcherrimā ac ꝑpe diuinam
vt in hoīe gētili: cū ipor; altero diſputatione habuiſſe con-
ſtat: q̄ fuit de mūdi cōſtitutiōe: quā etiā Timeū inſcripſit:
q̄lis etiā ex Syracuſis Archimedes: & ex illa italie ꝑte charū
das: & ex locris zeleuchus: e qbꝰ Platonē ipm: plura didiciſſe
ex ſuis legibus cōſtat. Adaucto deinde imperio romano:
ſummiſſaq; iam prope italia: ac facta cum carthaginenſi-
bus pace. Roma ob opulentiā: in laſciuiam verſa: tunc pri-
mū poetica cœpit irrepere; cum corruptis ciuitatis moribus

perditaq̃ pristina disciplina:omnia ludo rum genera:ad ex plendam ipsorum libidinem exquisita:tum ex media quoq̃ grecia:acciti mimi qui histrionicam actitarent. Tum etiã hęc theatra:he scœne:hęc spectacula condi cœpta. Vñ post ea homines:qui aliqua ingenij prestantia emin:bant:ea vo luptate capti:eaq̃ polluti labe:haud ampli⁹ ad philosophie studium se conferebant. Sed ad id quasi captiui trahebãtur: quo videbant multitudinis animos conspirare. Ideo primo Rome:&tragœdi & comici visi: : q̃ hi essent in suo genere prę ceteris lasciuiores aptioresq̃:ad alliciendã plebẽ. Posteriores vero omniũ heroici:qui gesta principũ decantarent: quos fateor:quanto ab omni lasciuia scenicoq̃ vsu sunt remotiores:tanto & ceteros dignitate excellere : dignioresq̃ esse ampliori laude. Primus igitur qui Rome fabulas attulit. Liuius fuisse ab Aulo Gelio scribitur:quẽ constat tragicum extitisse:& a liuio salinatore:quum esset seruus:liberate donatum. Sed Eusebius aliquanto antea : tarenti ortum Enniũ affirmat:ductũq̃ postea a Cathone romam: quum esset tarenti quęstor:ac iam obijsse Plautũ: priusq̃ Liuius ipse romã traduceretur. Hos statim secutus est Neuius:quẽ M. varro in libro de poetis:inquit stipẽdia feciisse bello pũnico primo. Aulus vero Gellius: modo secutum Plautum dicit:quo maxime tempore. Catho. ille maior floruit. Diogenes stoicus & Carneades academicus:& Critolaus peripateticus. Romã ab Athenienſibus legati venerunt. Nec magno interuallo:post Q. Enniũ fuisse affirmat: iuxtaq̃ Cecilium:quem scribit Eusebius:contubernalem Ennij fuisse: ac anno post illius mortẽ defunctum sepultumq̃ propeianiculum:& therentiũ postea:ac deinde pacuuiũ : & demũ pacuuio iam sene subsecutũ actium:& Luciliũ ceteris clariorem:quos quidẽ omnis:manifestum est:aut comicos fuisse aut tragedos:preter Luciliũ:qui 'ex latinis' primus satyram extulit:eius vero opera:vt m'tor alior:pœnitus amiſſum

ab illo igitur tpe qto primũ cœpta qtoq; romę poetica
vsq; ad Lucretij ac Virgilij ętatem qua Cicero iam cepat
florere:qtũ nullus pterq; tragicus aut comicus poeta fuisset
introductus:facile quisq; existimare pot eam artem vt dixi
nõ ad disciplinã viuendiq; exemplũ aliquod illustre exqui
sitam:sed ad explẽdã ciuitatis libidinem q ob diuturnam
rerũ successionẽ & nimiã fœlicitatẽ:paulatim in lasciuiam
petulentiãq; decidebat. Quum neq; adhuc aliquo in ho-
nore aut pcio:poetica haberetur:qmquidẽ neq; ars ipa:ne-
q; qui eam artem pfitebantur eiusmodi essent:vt aliq; mer
cede digni iudicarentur:quũ neq; moribus neq; vitę cõn-
ditione:neq; consuetudine neq; natura extolli:sublevariq;
ad aliquã dignitatẽ posse viderentur:in ea potissimũ civita
te:q quũ iam afflueret summa potentia:ac diuicijs:imperij
q; magnitudine:nullã artem fuisse arbitror qnę sibi nõ po-
tuisset:maiori q; poetica:cum vtilitate laudem comparare
postq; ipi magna expte:aut serui extiterint:aut captiui:aut
ex infima olim plebe. Plautum em scribit Eusebius ppter
annonę difficultatem:ad molas manuarias se locasse: ibiq;
quotiens ab ope vacaret Fabulas scribere ac vendere con-
suevisse. Aulus gellius Varronẽ de illo dicere affirmat tres
in pistrino fabulas cõscripsisse: cũ pecunia omi quã in opis
artificium scenicor; pepererat in mercatis pdita molis:Ro-
mam rediisset:& ob querendũ victum:ad circumagendas
molas q trusatiles inquit appellantur:opam pistori locasset
Nevium quoq; duas in carcere fabulas scripsisse:haridum
& leontem:quũ ob assiduã maledicentiã & pbra:in princi
pes ciuitatis:grecor; poetarũ more dicta:in vincula rome:
a triumuiris fuisset coniectus. Verũ postea a tribunis ple-
bis exemptum:quum in ipis illis fabulis delicta sua ac ca-
lumnias quibus multos antea affecerat diluisset

¶Therentium vero certum est ob ingenij formęq; pstãtiam
quum esset seruus libertate donatum;tandemq; in arcadia

interijsse. Pacuuiũ quoq; qui ennij ex filio nepos erat ciuis fabulas vt Eusebius inquit rome venditare cõsueuisse: atq; vbi ex fabulis pecunię ad victum defuisset: picturã exercuisse: qua erat peritus: obijsseq; tarenti: quum esset Brundisinus. Actium etiam tragedum libertinis parentibus ortũ: intra reliquos colonos ex vrbe pisaurũ deductum. Ennius quoq; & si adeo fuerit a Scipionę dilectus: vt in eius monumentis sepeliretur: tamen satis manifestum est illum: sine vlla amplitudine: sinecq; vlla reipu. illius dignitate vixisse Sed in auentino colle: loco ea tempestate minus celebri: domicilium habuisse: cui sola ancillula ministrabat. Ex quo satis constat: nec adhuc vt dixi: vllo in honore poeticam extitisse: quum & hominũm moribus: & fortunę conditionę & ea quam profitebantur arte: haud quaq; digni vinderentur: vt nec populi in quib⁹ nati essent: necq; externi ad quos peruenirent: eos ad aliquam reipu. partem acciperent: quippe quum vsq; ad eam ętatem: qua tamen roma ex omni parte diffluebat. Nemo adhũc ad aliquem dignitatis gradũ erasisset: & presertim in ea ciuitate: quę vt glorię ac laudis: prestantissimarũmq; rerum omnium auidissima erat: ita facile omnibus qui fuissent aliqua doctrina: aut quauis alia virtute prediti: aperire etiam curię aditus consueuerãt. Sed semper eo in loco habiti: vt non secus: ac hystriones quidam ad celebrandum theatrum: & ad explendam ciuitatis vt dixi libidinem iudicarentur: perterendam iuuentutem a maximis quibusq; ac prestantissimis gerendis rebus. Quod quidem Scipio ille nasica: quem senatus omnium cõsensu: virum optimum iudicauit: ac Ennius ciuitatis corculum dixit: quasi presens futurum intueretur: nunq; destitit obsistere Catoni: viro ea ętate primario ac eloquẽti: ne Carthago emula Romani imperij subuerteretur: vt iuuentus

40.

Romana semper haberet: quibus cum armis contenderet: ac diuturno timore detineret ne ad ea studia se conuerteret quę pristinam illam virtutem animiq; magnitudinem: qua sibi iam amplissimum imperium comparauerat: debilitarent enervarentq;. Vnde etiam quoad potuit disuasit: ne in vrbe theatra aut caveę haberentur in quibus figmenta poetica ac scenici ludi grecorum more haberentur seu agerẽtur: veritus ne greca illa luxuria: vt etiam evenit pristinis patrie moribus irreperet: corrumperetq; ciuitatem: Non enim censebat vir optimus: foelicem illam esse rempub. cuius & si imperium staret: mores tamen concidissẽt. Neq; existimabat poeticam artem inuentam fuisse: nisi ad corrumpendam ciuitatem: & ad libidinem iuuentutem prouocandam Ideo Plato ipse: quem nemo ex superioribus nostris vnq; dubitauit philosophię parentem & principem extitisse: quum ciuitatem qualem esse oporteret constituisset: poetas omnino iussit expelli: non ea sane qua dicis causa: ne viri sancti & diuini quales affirmas poetas esse: aliorum sordibus polluerentur. Nam frustra Plato elaborasse videretur: si in optima republica constituenda: solos poetas elegisset: quos sanctos iudicaret: neq; de artificibus quicq; conieciasset: quibus subuenitur ciuitati. Neq; de militibus: qui tueantur mœnia ac propulsant hostes. Neq; de senatu qui consuleret. Neq; de his qui preessent legibus: qui ministrarent iura. tanq; absurdum videretur: q; in constituenda tam sãcta ciuitate solũ hij quos sãctos dicis: ab ea fuissent deiecti: qui ne flagicioſi ac perditi relicti. Sed potius id ab eo viro tam illustri factum iudicandum est: ne poete ipsi quos videbat: neq; moribus vt dixi: neq; disciplina dignos esse: Aliqua bene instituta ciuitate: ipsius rempublicam

flagitijs inficerent quã volebat omnibus exptem eẽ illecebris ad scelus: quẽadmodum & Augustinus in suo de ciuitate dei libro: quũ de Platone diceret: affirmat non posse Inquiens virum sapientissimũ pati, vt ciues sui tot deorum obscenitates audirent: furarenturq; ac corrũperentur eorũ ingenia. Sed dices fortasse reliquã ętatem quę in illis superioribus subsequuta est benigniorẽ poetis extitisse: in qua & Lucretius fuit & Catullus & Virgilius & Horatij & Ouidius & Cornificius: & Cornelius gallus & Lucanꝰ: & Statius & Senece duo: certeq; dem & id ipe dicerem nisi me moueret acerba q̃dam de eoꝝ exitu recordatio q̃ quotiens mihi venit in mentem adeo totiens ab ea opinione sententiaq; deijtior ac conuincor vt pœne nephas eẽ existimẽ q; illi a christiano viro tanto studio legantur q̃ a suis fuerint tam diris cladibus opp̃ssi: quũ ex his pauci admodũ euaserint qui non fuerint acerbissima morte: aut inauditis cruciatibus: aut extremis oim supplicijs fato q̃si qnodã impendẽte asperrimeq; vexati Lucretiꝰ em̃ vt scribit Eusebiꝰ: quũ amatoriũ qtroddã poculũ assũpsisset in furorẽ versus in sanire nõ carmibꝰ sꝫ demẽtia cœpit. Quũq; neminẽ tãdẽ pferre posset arrepto mũcrone seip̃m interfecit ¶ Cornificius vero quũ eẽt a militibus destitutus quos galeatos lepores appellabat interijsse dicitur ¶ Corneliũ aũt gallum de quo Virgilius cõmẽorat: in extrema eius egloga vbi dicit Patica meo gallo sed q̃ legat ipa licoris Carmina sunt dicẽda: negat quis carmina gallo. Scribit Seruius quũ eẽt egyptꝰ p̃fectus: ac poeta illustris. Nã Euphorionẽ a greco sermone in latinũ conuerterat scripseratq; libros q̃ttuor amorum suoꝝ in cithereidem amicã quã deperibat, plapsus in suspitionem q; aduersus Augustũm conspirasset trucidatum extitisse. Sed Eusebius seip̃m inquit interfeciss̃e ¶ Quis nescit Ouidiũ quũ ex vrbe furisset expulsus ꝓpter fio damnatum exilio in ponto mesopotamię, puincia interijsse: sepul

tūmq; apud thomos: illius regionis oppidū: remotū hō
solum ab ipsa italia: sed extra prope romanum imperium.
Quis ignorat Lucanum: quum in pisoniana coniuratione
fuisset deprehensus: brachium ad secandas venas medico p̄-
buisse: & declamatorem illum Senecam: quū a Nerone co-
ram argueretur: sese confodisse. Atq; alterum senecam: qui
fuerat Neronis preceptor: ac Lucani patruus: incisione quo
q; venarum: & veneni haustu defecisse. ¶Quis fuit igitur
qui ea posteriori ętate: que visa est q; maxime aspirasse poe-
tice: qui acerbissimas calamitates nō pertulerit: qui non in-
terierit damnatus aut priuatus patria: summa cum difficul-
tate vixerit: aut crudelissima aliqua non sit interemptus cede
quasi nō vexarentur a principibus illis: sed potius fato quo
dam vt dixi impendente: ac de ipsius voluntate: vt oriēte ve
ro lumine ac splēdore: omnis humani animi nebule: omnis
q; fuligines ac fucationes: exterorū deorum: e medio tolle-
rentur: quorū auctores poete: pre ceteris extiterāt! Sed dices
fortasse Oratium ac Virgiliū: nequaq; in huiusmodi tam
detestandas calamitates concidisse: sed potius summa cum
gloria & laude: apud Augustum doctissimū principē vi-
xisse! Quod profecto verum dices: neq; infitior: quum eos
constet ab ipso Augusto: & dilectos fuisse & ditatos. Nec
imerito quidē: quū eorū libri: nō ea lasciuia polluti essent:
vt ceteri plerique: preter ea q̄ ab adolescentia cecinit Maro: q̄
exercendi ingenij causa conscripserat: que etiā pene interiis-
sent: nisi deprauata posteritatis ingenia: ad petulantiam fo-
uendam protexissent. Neq; eorū mores theatricis ludis ac-
comodati: a ciuili consuetudine abhorrebant! Sed eorum
oratio: & potissimū Virgilij: omni dignitate: omniq; pre-
stabat elegantia. dulcis: iocunda: grauis: omni pulchritu-
dine ac venustate predita: Verumtamen: non constat: q̄
fuerint aliqua vnq; ab eo dignitate illustrati: nec vnq;

ad aliq̃em erecti magiſtratũ: tanc̃ homies alioq̃in abiecti, & ad nullum rei p. vſum accomodati. Sed orto redẽptore noſtro: quum chriſti fides iam paſſim diffunderetur: & imperatores romani credere cepiſſent: q̃ſo quotiẽs fuerit dãnati: & publice & priuatim: a xp̃i cultorib⁹: quotiẽs redarguti qoutiẽs expulſi: lege Athanaſij libros: quos ipſe de humanitate ſaluatoris: aduerſus gentes acerrime conſcripſit. Lege Auguſtinũ: lege Iheronimũ: & intelliges q̃ntopere poeticam artem fictam ac mendacem appellãtes: plenamc̃ turpitudinis & obſcenitatis deteſtentur. Anathaſius enim in eo quem dixi libro: quum de poetis loqueretur: ſic inquit. Si autem huiuſmodi precones & vates poete: ſimpliciter eos deos eẽ ſcripſiſſent. Nam de dijs gentium loquebatur: & non eorum res geſtas: in vituperium ac dedecus diuinitatis nomĩe veritatem obtegere: & multo magis homines a veritate diſtrahere. Nunc vero amores & flagitia iouis quum explicent: tũm etiam in pueris corruptiones: & mulierum inter ſe emulatiões: ad libidinem & timores & metus: alia c̃ mala & ſcelera & flagitia: nihil aliũd magis c̃ ſeipſos incuſant. Auguſtinus quoc̃ quum paſſim eam artem reprobet: modo illam ſpectaculum turpitudinis: vanitatumc̃ licentiam appellat: quo nihil poteſt dici deterius: modo obſcenis compoſitum verbis: nec̃ dignam: vt inter liberalia ſtudia: a pueris legantur. Ait enim ĩ ſuo de ciuitate libro ſecundo. Et hec ſunt ſcenicorum tollerabilia ludorum: comedie ſcilicet & tragœdie. Hoc eſt fabule poetarum: agende in ſpectaculis: mixta rerum turpitũdine: ſed nulla saltem (ſicut alie) verborum obſcenitate compoſite quas etiam inter ſtudia: que honeſta ac liberalia vocantur: pueri legere & diſcere coguntur a ſenibus. Nunquid & Hieronymus ipſe qui videtur poetice pre ceteris applaudiri: poetarum carmina: quaſi fomentum omnium ſcelerum accuſat. Nonne vi-

BSB

q2.

detur etiam illam prorsus excludere ab ecclesia. Lege illam ad damasum epistolam: quam ipse de filio prodigo scripserat: & postea dicas velim: si dicendi sunt poete theologi ac diuini: aut potius non fuerint vt dixi semper contempti ac spreti. Demonum inquit cibus est: carmina poetarum: secularis sapiētie: rethoricorum pompa verborum: hac sua quę suauitate delectant: & dum aures versibus dulci modulatione cūrentib⁹ capiunt: animam quoq; penetrāt: & pectoris interna deuinciunt. Verum vbi cum summo studio fuerint ac labore perlecta: nihil aliud: nisi inanem sonitum & sermonum strepitum: suis lectoribus tribuunt. Nulla ibi saturitas veritatis: nulla iusticie refectio reperitur. Studio si eorūm in fame veri & virtutum penuria perseuerant hec Ihesronymus. Sed si quis ea dicta diligenter considerare voluerit: inueniet profecto existimo poetas non solum a christiano viro contemnendos esse: sed etiam ex omni vsu: studioq; familiari abiciendos: quum paulo post: in eadem epistola subiungat: absit inquiens: q̄ de ore christiano: sonet Iupiter omnipotens: & me hercules: & me castor: & cetera magni portentiq; nominal. Nūquid & apostolus prohibet: ne in idolio quisq; recumbet: quid enim est aliud recumbere in idolio: q̄ studere poetice: vt & ipse Hieronymus est testis. Quūm nihil sit Idolium: preterq; de dijs figmenta poetarum. Ait enim videte ne hec licentia vestra: offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam in idolio recumbentem: nonne conscientia eius: quum sit infirma: edificabitur ad manducandum idolothyta. & peribit qui infirmus est: in tua conscientia frater: propter quem christus mortuus est: hec apostolus. Hic igitur: si eam conscientiam idolatricem accusat: & dicit imbecillis nature hominem: facile edificari ad cultum deorum: perireq; posse: illius exemplo ac eruditione: q̄ plurimos: & Ihesronymus inqt

¶ Eam cibum esse demonum: quo anima irretitur: nec esse ibi vlla prorsus veritatis cognitio nec iusticie populum: ac Augustinus plenam esse turpitudinis et obscenitatis: tum etiam Athanasius constitutam in vituperium ac dedecus diuinitatis affirmat: nescio profecto: cur ipse adeo prestantissimorum virorum auctoritatem contemnas. vt qui ista, vanissima effingant. Tu sanctos & theologos & diuinos appelles: nisi velis fortasse ista vocabula: naturam suam peruertisse: sicut & poete peruerterint nomē. vt sancti ac diuini dicantur: qui a vocabuli illius natura: fictores ac mendaces sūt appellati. ¶ Quod si Augustinꝰ ea spectacula: adeo infectatus est: quę non nisi oculorum sensui paterent: quid censemus eum dicturum: quum a pueris legantur decantantur: percipiuntur. Ex quibus haud amplius oculi spectaculo: sed animus ipse turpitudine depascitur: Quis enim adolescens: tam bene a natura institutus: qui quum legerit deorum illorum adulteria: infanosq; concubitus: qui a poetis decantantur: tum etiam ceterorum omnium detestanda flagitia: non commoueatur ad libidinem: non concitetur ad insaniam: & presertim quum ea ętas: a natura procliuis sit ad flagitium. ¶ Nec per se satis: ad comprimendas adolescentie cupiditates: sine multa diuinitatis gratia. Quod quum intueretur Cicero: cq; facile adolescentes prolabuntur: neq; eam ętatem in audiēdis lasciuijs alendam esse maxīe inquit eam a libidinibꝰ arcendā exercendamq; : in labore patientiaq; & animi & corporis. ¶ Vt eorum & imbecillis & in ciuilibus officijs vigeat industria. Quis ēm pamphili illiꝰ ꝓditissimi adolescētis amo-

res:& chereę furta:& totʼmeretricũm lenocinia: exq̃ſitos ad id mores:frequenter audierit:non inflãmetur. ad exemplum ĩmũtationemq̃ turpitudinis. Pretereo ſponte multa quibus poetica ipſa:quaſi de ſuoʼprincipatu ac imperio gloriatur. Verũtamen tanta ea cum elegãtia: & exquiſitis verbis poete nituntur dicere:vt in quo velint ſummã doctrinã ſummãq̃ eloquentiam preſe ferre:in eo immortalem propetur pitudinis labem ſibi comparent:cũ eis in rebus:tã preclariſſima exacuerint ingenia:quibus eam: quã ab immortali deo fuerant dicendi excellentiam & venuſtatem conſequuti:tantę materię obſcenitate detũparent. Ex quo mihi videtur haud indignum fuiſſe: ſi a tot clariſſimis viris abiicerentur ac damnarentur. Tum etiam:ſi vſq̃ ad eam quoq̃ ętatem:nullo vnq̃ in honore rome nec vllo ĩ precioʼ ſint habiti:preter paucos admodum vt dixi:quorum exitus tamẽ in plurimis execrabilis fuit:poſtq̃ cetere artes:ſumma cũ dignitate ſemper fuerint a romanis exculte Vnde & numa ex ſabinis.ad regnum eſt erectus: & ex Arpinatibus Cicero: ac ex Tuſculo Cato:ad ſenatoriũ vſq̃ ordinem: ſummũq̃ conſulatum ſũt euecti. Necq̃ vnq̃ defuerit philoſophię ſtudium:in quo verſarentur ingenia romana: poſtq̃ Pythagoras ſamius:crotoniam & tarentum:eamq̃ italię partẽ tenuerit:que ob illuſtrem ab eo acceptam doctrinam adauctãq̃ noſtrorum hominũ eius ętatis ſtũdio ac induſtria: magna grecia eſt appellata! At ſi fortaſſe diceres.non eſſe mirãdum q̃ ſanctiſſimi hi viri:poeticam contemſiſſent:ob incredibilem illam quam in chriſtianam religionem charitatem & fidem gerebant:quum nihil aliud prorſus expetere viderentur:q̃ ſimplicem illum verum ac immaculatum diuinitatis cultũ:cetera facile abnuerent:audies etiam quid de illis Cicero:quid ve Varro:quid etiam poſteriores ſenſerint: vt non exiſtimes me id fruſtra obtendiſſe:nullam ętatem fuiſſe:in qua poete nõ fuerint abiecti. Cicero eñ in ſuo de re p.libro

vt Augustinus refert: quasi eum detestans morem: quo primum poete fuerant introducti! Nunc inquit comedie ac tragoedie: nisi consuetudo vite pateretur: probare sua in theatris flagitia potuisset. Atq; iterū quū de poetis ageret: ad quos inquit quum accessisset clamor & approbatio populi: quasi cuiusdam magni & sapientis magistri: quas illi obducūt tenebras: quos inuehunt metus: quas inflāmant cupiditates! Quod si Cicero ipse flagitiosas vt audisti commedias & tragoedias appellauit: ceterorumq; poetarum studio aut perceptione: intenebrari animos ciuium: agitariq; metu ac inflammari cupiditate induxit: cur tu eam platonis sententiam eniteris cauillare ac preuertere: quam vides & a Ciceronе laudatam esse: & ab Augustino sapientissime explicatā Cur sanctos eos ac diuinos appellabis: quos etiam sui gentiles damnarunt. Vnde queso tenebre ille & metus ac flāme cupiditatum: quas detestatur Cicero: si sancti ac diuini essent poete: nisi profecto ex ea parte: qua dicit Augustinus: illorum perceptione fucari ānimos hominum ac corrūpi alioquin turpe esset atq; absurdissimū omnium dicere tot clarissimos ac illustres viros errasse: qui tum omniū reiū cognitionem sunt consequūti: nec eos intellexit: quid litteris mandarent: quum de optimo rei p. statū scriberent. Sed nū quid etiam vetitum erat: lege duodecim tabularum: ne quis occentaret: vt earum verbis vtar: aut carmen cōderet: quod infamiam faceret: flagitium ve alteri! Quid autem aliud est poetica: quam defamationes ac flagitia: modo aduersus homines dicta: modo aduersus deos. Ideo varro in suis antiqtatum libris inquit. Propterea quę a poetis conscripta sunt populi sequi non debent: crimina enim sunt deorum! Quenam igitur est hec opinio tua: vt poetas sanctos ac diuinos appelles: quos & Plato expulit: & Cicero in sua re p. detestatur: & leges damant. Varro etiam prohibet sequi quum

criminosi sint: quo neminem inquit lactantius doctiorem vixisse: nec apud grecos. Sed quid ego cū his vetustissimis? Nunquid etiam romanis imperatoribus: ea disciplina sepe numero exosa fuit. Nunquid plerique illam capitali odio sūt prosequuti. Caius enim Cesar: qui caligula est appellatus nunquid atelanarum quendam poetam: vt scribit Sueto nius: ob ambigui loci versiculum: media amphiteatri arena iussit cremari. Nunquid idem quoq; de homeri ac Virgilij carminibus abolendis excogitauit? Nec erasissent: nisi morte fuisset prevent⁹. Nūquid & iulianus traditur: quū primum cepisset fidem: iussisse statim vt poete: expellerentur: quod vir eloquens ac peritus profecto non fecisset: nisi aliquid in eis vidisset turpitudinis inesse: quod non liceret tenellis ingenijs infundere: ac germinantibus tūm primum ad fidem: quę quidem quūm ad vere religionis & sacrarum litterarum studium: nata esse conspiceret timebat: ne poetarum consuetudine corrumperentur. Ex quo mihi videtur: illud apertissime verę esse: quod ab initio dixi: nullam vnq; fuisse ętatem: in qua poete non fuerint contempti aut ispseti aut abiecti: ¶ Nec vnq; potuisse ulla in ętate: nec vlla in patria: dignitatem aliquam consequi: vt constat ceteras artes aut consequutas: aut facile consequi potuisse? Nec pene apud grecos ipsos: quos certum est: vt omnium virtutum maximi auctores extiterint: sic omnium lasciuissimarum rerum: vanissimarumq; superstitionum inuentores fuisse: preter dūos: ex tanta a prope infinita multitudine. Eschinem scilicet ac Aristodemum: quorum alterum scribit Cicero: quum fabulas quasdam actitauisset: essetq; eloquentissimus capessiuisse rem p. Alterum vero modo actorem maximis de rebus pacis ac belli legatum: ad Philippum ab Athenienſibus missum? Nec

tamen id cõsequũtos visum est:ob poeticam magisq; ob eloquentiam:qua illi viri:pre ceteris prestabant: quũ ea ars quę ab eloquẽtia ꝓficiscitur:adeo semper exculta ab athenienſibus fuerit:vt neminem doctum existimarent:qui caruisset eloquentia semperq; eis viris: omnis magistratus: omnisq; aditus ad rem p. patuit. qũemadmodũ etiã de demosthene ac demade dicitur:qui nullo generis splendore: sed eloquẽtię gloria:ad summã dignitatem euaserẽt. Sophocles autem &si ad preturam accessisset:tamen nec constat: q; eam dignitatem:ob ipsius poetice artis prestantiã sit adeptus:sed potius vt ceteri omnes:ob dicendi elegantiam:q; in ciuilibus quoq; actiõibus de se prestabat:tũ etiã:q; athenienſium status popularis erat:eoq; accederent quicq; ex infima plebe viri:dũmodo ea laude pollerent:quam athenienſes maximũ ac prestantissimũ decus existimabant:qualem dixi demosthenem fuisse:cuius patrem fabrum ferrariũ traditum est fuisse:ac cultellos venditasse. Sed quemadmodũ in ea pretura se gesserit:testis fuit pericles eius collega:a quo de incontinentia:aduersus adolescentem quendam:constat fuisse redargutus:talem oblitus collegam: tanticq; tribunalis imemor:impudicus non minus mente q; oculis. Vnde euenit:vt tot clarissimi viri:in omi genere laudis effulserint qualis Plato:qualis eius discipulus Aristoteles: qualis xenophon:qualis Theophrastus:ac infiniti pene alij. Qui &si a reip. administratione:ad philosophię studium se contulerint:eorum tamen ingenia dicendiq; facultatem: non in enarrandis fabulis mendatijsq; fingẽdis exercuere:sed in edocendis moribus inuestigandisq; nature rebus:ac tradenda vitę disciplina:quibus mortales intelligerent: ad quã rẽ nati essent:colerentq; iusticiam & virtutem: ac ciuitates recte administrarentur quod q; laudabilius fuit testis est Cicero qui artem illam ludicram q̃ ex poetica effunditur:scenãq; totam semper probro fuisse romanis testatur. Adeoq; id

gentis hoim contempſiſſe vt eas nõ mõ ciuitatis honorib⁹ priuarent, ſed etiam e tribu ſũmoueri cenſoria nota ſtatuiſſent. Auguſtinus quoq; melius eſſe ac honeſtius inquit: q̃ in Platonis tẽplo eius libri legerentur q̃ in templis demonum: q̃ dicit poetar⁹ fabulas eſſe galli abſcinderentur ac molles conſectarentur: vt conſueuerant in cybeles ſacris quã dicebant matrem deor⁹ eſſe: cui ſpadones dedicabantur: vt q̃ neduli ſaltitabant. Et pfecto longe melius eam templi condi laud:m & glori:m Platoni conne:nir e:mea quoq; ſententia cenſerem: qui fuit parens philoſophię ac magiſt:r vitę degendę q̃ legere & audire quottidię ab ingenuis adoleſcentibus: & iouis ſtupra & nepharios omnis concubitus oĩm ſceler⁹ genera: quibus poetica ipa quaſi ruptis pudicicię ac honeſtatis aggeribus ex omni pte effluit ac erumpit: Habent nimir⁹ incredibilem vim quandam in euertendis ingenijs: inhoneſtarũ rer⁹ crebri ſermones: ac quotidiana exempla: vt de Therentiano illo perditiſſimo adoleſcente ſcribitur: q̃ quum pro eunucho ad Thaidem eſſet adductus atq; flabello recumbenti virgini aduentilaret aſpecta ĩ pariete pictura quo pacto Iupiter danaẽ pudiciſſimam puellam aureo imbre decepiſſet: incenſus adoleſcens ad ſcelus nõ ſolum virginem corrupit: ſed vniuerſam quoq; eĩ⁹ domum impudentię maculis deturpauit. Nõ igitur male ſenſit Cicero: nec̃ male ſenſit Plato: nec̃ tot ſanctiſſimi ac ſapientiſſimi viri ſi poetas cõtempſerint: ſi eiecerint: ſi dãpnarint: quũm viderent eor⁹ figmenta non niſi exẽpla q̃dam eſſe propoſita humanis ingenijs ad concitandam ad libidinem iuuentutem diſtrahendamq; ob eam q̃ inſeritur cantilenę voluptatem ab optimis cæterarũm rerum ſtudijs: atq; maximis quibuſq; ac præſtantiſſimis p̃ repu. gerendis rebus. Propterea grauiſſima & illa Platonis vox voluptatẽ eſſe id eſt eſcam & irritamẽtum omnium malorum in qũare poetas certum eſt pluri-

mum elaborasse: itaq; mihi admodum indignū (vt dixi) visum est: vt qui omni pene religione ac modestia" carue-rint: quosue tanti viri contempserint: nec vlla vnq; in ętate habiti sunt graues: tu eos sanctos ac diuinos & theologos appellas: quorum nihil est: quod possit esse: neq; cum ipa religione apte cōmodeq; coniunctum: vt in sequenti oratione mea latius ostendam.

Oratio Secunda Hermolai Barbari contra Poetas Gentiles.

SVperiori oratione mea: satis mihi visum est ostendisse: q; apud maiores nostros poetica disciplina semper fuerit: aut abiecta prorsus: aut extremā oīm reliquarū artiū laudem cō-sequuta: q̄ vel ingenio vel natura: vel assiduitate & studio cōparantur. Neq; id quidem p vnā ętatē solū sed per oēm ppe seculi cursum. Ex quo primū inter mortales cœpit oriri. Neq; solū etiā apd romanos: quorū auctoritate tantā fuisse existimē: vt oīm pulcherrimarū rerum: quas aut natura nobis peperit aut auxit industria: nō dubitē ab ea ciuitate maturitatē & incrementum cœpisse: nec vllā fuisse rempu. q̄ tot an tantis tāq; illustribus exēplis: in quouis genere laudis floruerit

Quīnimo nec id multo secus apud grecos: & si ea gēs adeo tñ afflueret opulentia ac imperij magnitudine: ocioq; lasciuiret: vt nullum esset libidinum genꝰ in quo videretur ope precium esse & si eorum ingenia & adeptam doctrinā elaborarent: cum certum sit ex poetis: complures ob inopiam artisq; contemptum: hystrionicam ex omni parte sæpenumero exercuisse: vt de laberio illo & publio & Liuio & Eschine & Euripide & sophocle ac q̄ plurimis alijs scribitur: quo genere hominum nihil erat profecto indignius: neq; maiori notatum ignominia: quandoquidem non solum ciuitatis honoribus per leges priuarentur: sed etiam ex oīm

tribū pública inſtitato & priſca illa romanę diſciplinę con ſuetudine: prorſus ſummouerentur. Nunc vero quoniam nonnullas ad comprobandam poeticam ipſam rationes in⸗duxiſti: nec eas quidem contemnendas: vt in homine ſum⸗mę doctrinę ſingulariſq; virtutis: & qui iam ſummū adep tus eſt omnium ſcientiarum magiſtratum: ſtatim quoq; ad illas me conuertere & pertentare quales ſint: quid vere chriſtiano homini poſſint perſuadere. Nec id tamen ea ra⸗tione qua cæteri forte arbitrarentur: vt contendendi mate⸗riam tecum: quaſi fomentum quoddam noue incendende flamme ſuſcitarem: quum tante rerum cognitioni & expe⸗rietię quantam audio abſte incredibili quadam diligentia ac ſtudio comparatam eſſe: minimę exiſtimem poſſe me pari ingenio aut doctrina reſpondere. Sed potiūs & quum viderem eam artem a pleriſq; noſtre quoq; ętatis clariſſi⸗mis viris quaſi impudentiſſimam quandam meretriculam ac noſtris moribus prorſus alienam infeſtari: a quibuſdam etiam vehementer laudari ac extolli: quid in ea re mihi te⸗nendum eſſet: quid ve ſequendum: planius intelligerem: ni hil itaq; iudicaui dignius excogitare potuiſſe: q̄ eam rem a nobis diſcutiendum eſſe: quā certum eſt in tanta opinio⸗num varietate verſari: vt leges ipſe plerumq; erubeſcere poe ticā videantur. Nihilq; etiam contingere aptius potuit: q̄ id cum huiuſmodi viro agere: qui preter illam admirabilē quā dixi doctrinā: rei ipſius experientia & exercitatōe tum etiam religione cæteros anteiret. Verū tamen fateor me nō mediocriter cōmotū: q; tū vnus eēs: qui preter oīm pene do ctiſſimorum ac ſanctiſſimorum virorū opinionē: non ſo⸗lum poeticam admittendā eſſe diceres: ſed etiam affirma⸗res eam coeleſti quadam excellentia & diuinitate preſtare: atq; vt ab initio incipiam ais poeſim ſic diffinitam eſſe: fer⸗uorem eſſe quendam exquiſite inueniendi aut dicendi aut etiam ſcribendi. Qui ex ſinu dei procedens: paucis

mentibus in concreatione conceditur. Vere igitur q dicas
poesim paucis mentibus: & eam qdem in creatione conce
di nõ multi admodũ eẽ existimauit: quũ plerique etiã alij ex-
titerint q eam neq doctrina neq ꝑceptis neq arte aliq cõ-
stare voluerunt: sed instinctu quodã nature ac mentis viri-
bus excitari. Sed illud est quo dico me moueri: quod etiã
vehementer admiror q tu hõ sũme vt dixi prudentie & re
ligionis eam dicas feruorẽ eẽ: ex sinu dei ꝓcedentem. Nam
si feruor esset poesis ex sinu dei ꝓcedens mihi videretur pro
fecto illam haud quaq alienã eẽ ab ipsi? spũ: quinimo poe
sim eẽ ipm dei spm̃: quũ & ignis & calor & feruor quotiẽs
ex deo dicuntur: totiens spm̃ ipsius significare: testis ẽ scrip
tura. Sic em̃ in mõte syna apparuisse moysi scribitur: sic etiã
& in luca. Et apparuerunt illis dispte lingue tanq ignis
Et in Deuteronomio ipe ignis eẽ consumens apte tradit:
& in Ezechiele a renibus vsq ad pedes videtur ipe igneus
Sic etiã saluator inquit: Ignem veni mittere in terrã: & qũẽ
volo vt ardeat. Et duo illi discipuli qbus dñs appuit in iti-
nere: quũ audissent ab eo q supioribus ꝓphetis fuerãt de eo
scripta: Nonne dixerunt cor nostrũ ardens erat in nobis dũ
loqretur in via: Et in psalm̃. xvi. Igne me examinasti: & nõ
est inuenta in me iniqtas. Et eloquia dñi eloqa casta: argen
tum igne examinatũ: purgatũ terre septuplum: & in. xviij.
Nec est qui se abscondat a calore eius: & Hieronymus ad
Hebibiã scribit: In principio aũt euangelij repletur spiritu
ecclesia: vt gratia eius atq feruor oĩa credentium pctã pur-
gentur. Et subiungis ex sinu dei ꝓcedens quod etiã magis
videtur cũ hac rõne conuenire: quũ nihil sit ex sinu dei pro
cedere q ex ipius effundi substãtia significare. Sinus enim
quum de re aliq composita dicitur semper interiorem eius
partem demonstrat qd significantius a grecis
dicitur id est a concaui-
tate: quum aũt de anima aut de deo q sunt incorporea

aut incomposita:interiorem necesse est:id est proprijssimã eius eẽntię vim ac potentiam demonstrare.Sic Iob quum resurrectionem affirmaret generis humani:statim adiunxit ¶Et reposita est hæc spes mea in sinu meo:quasi diceret in intimis penetralibus animę meę:loco scilicet indelebili:incõmutabili ac persistenti:vbi numq; ea spes a me excidet:necq; delebitur.Non enim de sinu corporeo aliquo intelligebat quum ea spes facile potuisset cõmutari,sic etiã in.lxxxviij. psalmo scribitur.Memor esto domine obprobrij seruorũ tuorum:quod continui in sinu meo multarum gentium: id est in intimis animę meę:eodem modo etiam quum de deo simus dicitur:semper intimam ac proprijssimam eius scę essentiam significari censendum est:quę non nisi cum filio ac spiritu est cõmunis:in q̃ reposita sunt omnia arcana illa:quę non licet cuiq; scire:necq; homini fari:in qua omnes reconditi sunt sapientię ipsius ac scientię veri thesauri quorum spiritus ipse est dator.Non distabit igitur poesis a spiritu dei:si ipsa feruor est:qui procedat ex deo:quum nihil amplius dici de spiritu possit.Quandoquidem & ipse ignis sit:& calor & feruor.Vnde mortalium animi:& ad pietatem & ad fidem & ad charitatem:& continentiam & castitatem:constantiamq; & fortitudinem:totius virtutis incenduntur:atq; ad veri dei cognitionem & cultum inflãmantur:quod profecto longe abest a pœsi:quum nulla in ea sit cognitio veritatis:vt paulopost lucidius ostẽdam:At dices fortasse te non dixisse:feruorẽm esse pœsim:alia ratione:nisi quia spiritus ipse:qui deus est:gratiarum dator est omnium,& pœsim gratiam;vnam esse ex his:quę dantur a spiritu:quod si ita dixeris:ad illud quoq; me conuertam pretermittamq; id ostendere q̃ male vsurpatũ sit:pœsim & feruorem appellare & dicere ex deo procedere:quum id proprium est spiritus:nec gratie quas mortales possident: recte dicuntur ex spiritu procedere:sed ab eo hominibus

dari:donari atq; elargiri. Vnde etiam eas ab se prestari concedicq; nobis:quottidie illum exoramus:Sed sit ita q; recte quoq; dici possit procedere preter & Apostoli consuetudinem:& in Salomone sapientiam:que loquitur:¶Non enim me fugit illud saluatoris dictum:Non in solo pane viuit homo:sed ex omni verbo quod procedit ab ore eius ¶Sed si erit gratia poesis:ex spiritu dei procedens:tancq; quidator sit gratiarum: Sequitur statim & istud absurdissimum:vt ex eo etiam procederent mendacia:ac figmenta illa que a poesi finguntur:quum poesis nihil aliud sit cq; fictio.Nec; fictio dici possit:nisi de reb? non veris: quid igitur reliqui erit:nisi vt dicamus:fingere quoq; spiritum consueuisse:ac mentiri plerumq; quemadmodū & poete: qui & sapientia est patris:& qui dixit: Ego sum via veritas & vita.Sed quid posset dici scelestius:quid magis impium: cq; eam rem dicere ex deo procedere:quā constat omnium flagitiosissimarum rerum refertam esse: quātre Augustin? vt dixi spectaculum turpitudinis: & licentiam vanitatum appellat.¶Et Hieronymus dicit esse demonum cibum:sine vllo prorsus veritatis pabulo:vt ostendi.¶Non erit igitur nec; gratia poesis nec; feruor:qui ꝓcedere ex deo quouismodo possit:sed potius inuentio quedam humani ingenij:magis ad lasciuiam:vt dixi & libidinem:cq; ad virtutem comparata.¶Et subiungis statim:quales sunt poetici illius feruoris effectus:qui quidem:& si tu illos: quasi giganteos pre magnitudine admireris:mihi tamen non minus profecto inepti ac insipidi videntur:cq; sit illa superior de poesi diffinitio.Inquis enim eos sublimes esse:vt tuis verbis vtar & statim addis rationem q; mentem compellat in desiderium etiam subiungis ad excogitandas scilicet peregrinas & inauditas inuentiones:certoq; ordine componēdas;omandasq;

inſi ſitatõ quodam verborum atq; ſententiarũ cõtextu. Velamento fabuloſo atq; decenti. Nam quid poteſt ex ea re effici: qd recte appellari ſublime poſſit aut cultũ aut magnificum: in qua &ſi perpulchri ſint ornatus: efflurantq; paludamenta illa ex oñi parte auro & gemmis: mulier tamen ex qua ipſum decus & forma & venuſtas etiã exquiritur: impudica ſit & turpis: atq; cuius mores omni fetore libidinis exoleant: quomodo illud laudandum eſſe inquies: qd vt dicis: mentem hominum atq; animam que libera eſt a natura compellat ac cogat. Et profecto recte inquis excogitandas peregrinas & inauditas inuentiones. Nam quid poteſt inueniri aut excogitari magis peregrinum: magiſq; nõ ſolum a diuinitate: ſed etiam ab omni prorſus humanitate alienum: q; dicere maximum ac optimum deorum ſuorum Iouem: modo in taurum verſum: vt Europam florentiſſimam virginem corrumperet: modo in aureum imbrẽ vt danaem: modo in amphitrionem vt Alcumenam & iunonem: ſibi totiens infenſam aut moleſtã fœciſſe: ob adeptas totidem meretriculas: quid magis inauditum: q; deum aſſerere adoleſcentem regium: ad explendam eius libidinẽ rapuiſſe. Heccine ſunt illa deſideria: que ais a poetico illo feruore produci. Heccine ſunt excogitationes ac inuentiões ille tam ſublimes tam admirande: vt poete ea dicant de dijs ſuis: que lenones de proſtitutis dicere inter lupanaria erubeſcerent. Non erunt igitur tam elati neq; tam ſublimes: iſti tui poetici feruoris effectus. Neq; illa deſideria ſectanda: q animum a modeſtia rationeq; peruertunt? Neq; prorſus ſublimes appellandi qui ſub limo tam aperto: ac tam vaſto erroris luto: immerſi verſantur. At dices fortaſſe: iſta longe aliud ſignificare q; videantur: quum illud ſubiungens: q velamento fabuloſo atq; decenti: poete veritatem

dicant: Sane nec me fugit: omnia aliud significare. Necꝫ
vnꝯ Iouem: siue is deus fuerit: quod minime credendum
est: siue homo; quod etiam absurdū in taurum fuisse con-
uersum. Necꝫ vnꝯ liquefactum in aureum imbrem: necꝫ
vnꝯ defluxisse per impluuium: sed omnia esse cōficta poe
tica quadam elegantia & auctoritate fingendarum rerum
¶ Verum tamen satis constat illum illustrissimum quendā
mæchum & stupratorem & adulterum: pollutum ꝙꝫ omni
labe fuisse. Preterea quid potest id honesti significare: ꝙd
tam turpe tam etiam aduersum potissimum deos suos for
dideꝫ ac impieꝫ sonat. Quid potest dici inhumanius ꝯꝫ rape
re rem alienam. Quid impudentius: ꝯꝫ virginem pudicissi
mam: & ab humana fugientem contagione furtim cōpri-
mere: quid absurdius: ꝯꝫ deum: quem summum bonum
omnium ac principem dicunt: facere pediconem: Et quod
in homine turpissimum est: & inferis ipsis pene horrendū:
in deo decantare ac extollere: Queꝫ quum ita sint: nec fieri
vllo modo possit: quin & materia illa: & compositi ad id
versus: non sint sordidi ac obsceni. Necꝫ possint sine pe-
riculo ab adolescētibus pertractari: quorum ingenia: aptio
ra sūt libidini (vt dixi) ꝯꝫ virtuti: non mihi sane videtur: ꝙ il-
li quos dicis fremoris poetici effectus: sint magis laude ꝯꝫ
odio atꝫ animaduersione prosequendi. ¶ Sed inquis a poe-
tis excogitatas inuentiones: certo ordine componi: ac verbo
rum & sententiarum: quasi quibusdam flosculis exornari.
Quod quidem tibi videtur egregium ac illustre. Necꝫ infi
tior ipse id admodum in poetis admirandum esse. Sed ea
laus quum aliunde sit orta: non a virtute poeticeꝫ disciplineꝫ:
sed ab officio rhetoriceꝫ facultatis proficiscitur. Non enim
id attinet poete: in eo ꝙ poeta est: sed in eo ꝙ oportet poe-
tam: arte quoꝫ Oratoria peritum esse: tanꝯꝫ qui minime va
let suis viribꝰ: nec habeat vñ cōficta illa mēdacia ac ociosa
deliramēta possit ꝑsuadere: nisi alieno baculo quasi māc-

& cæcas ſuſtentetur Nam & inuenire & recte diſponere & ornare & componere: & perſuadere concitareq; ac cõmo= uere: nimirum ab oratorie artis dignitate expetuntur: verũ illud nimis mihi ridiculum viſum eſt: quod ſubiungis. q d' etiam ab initio abunde oſtendi: vt eos non deſinas & theo logos & diuinos appellare: qui ſi aliquam dignitatis partẽ: aut theologię cognitionem fuiſſent conſequuti: nunq; pro fecto in tam turpes mores: neq; in tam ineptam diſcipli= nam: tantamq; vitę labem concidiſſent: neq; tam turpia ac flagicioſa: de diis: q; de fœdiſſimis quibuſdam ac ſpurciſſi= mis lenonibus ceciniſſent: neq; ſanctiſſimum illud imma= culatum dei nomen: tam ſacrilego inanique ore temeraſſent. Sed vellem pauliſper abs te petere: quid nam eſt illũd: quod in poetis tantopere mireris: vt eos tam audacter: & theolo= gos & diuinos appelles? Aut em̃ credo te dicturũ: maxime ad id cõmoueri ob incredibilem quandam & excellentem: omniũ rerum cognitionem: quã exiſtimas in eis tanq; in cu iuſdam templi ſacrario repoſitam: in homine aut clariorem ſplendidioremq; enituiſſe: aut ob ſingularem in degẽda vi= ta diſciplinam: aut certe propter ſummã illam: in dicendo vim elegantiamq; ac dignitatem: in qua re ex noſtris Vir= gilius inter heroicos: & ex grecis Homerus obtinet princi= patum. Neq; inficior ſummã in eis doctrinam: mirificãq; eloquentiam: & ceterarum artium ſcientiam fuiſſe. Verũ= tamen humanam: & quam ingenium hominis poſſit attin gere. Sed quũm recti mores: vt ab initio oſtendi: bene viuẽ= di ratio: & quod maximum eſt: vera dei cognitio: ſemper defuerit: vt qui vanis quibuſdam religi onis ſtudijs fuerint verſati: nõ video pfecto: cur abs te theologi aut diuini ſint appellandi quum theologia ex veri dei ratione: diuinarum q; rerum cognitione proficiſcatur: & ex virtutis operatione diuinitas comparetur? Quod ſi qui ex cognitione rerũ: diui ni appellandi eſſent Plato nimirum vnus imprimis foret:

qui pre ceteris ea appellatione dignus iudicaretur: quum
constet neminem illum: & doctrina & eloquentia & vite
integritate antecessisse. Quandoquidem boetius noster af-
firmet illum: ex tanta aliorum multitudine: & qui eum pre-
cesserunt & qui postea sequuti sunt: verum philosophie fi
lium extitisse: solumq; ab ea enutritum eius lacte. Ceteros
vero omnes: quasi spurios abiectos: ipsius vestimenta discer
pisse: nec vllos vnq; inducere preter illum potuisse. Verū
ipsius philosophię decus & lumen. Hoc idem de Aristote
le dicerem: & Theophrasto eius discipulo: hoc de Zenone
& Cleante: quum hȳ omnes & doctrine magnitudine &
excellentia: & de dei cognitione poetas omnes anteirent.
Neq; sanctissimum illud dei nomē aliqua polluerint tur-
pitudine. Verumtamen nusq; appellati: quinimo Platonē
illum: quem pre ceteris Augustinus admirator: neq; cum
vllo christiano viro comparandum esse affirmat. Ait enim
in suo de Ciuitate dei libro. ix. Nos quidem platonem: nec
deum nec semideum perhibemus: nec vllo sancto angelo
summi dei: nec veridico pphete: nec apostolo alicui nec cuili
bet martyri: nec cuiq; christiano homini comparamus. Nō
erunt igitur poete: ob eorum doctrinam & eloquentiā theo
logi aut diuini iudicandi: postq; tot clarissimi ac illustres
viri: qui tantam omnium humanarum ac diuinarum rerū
cognitionem consequuti sunt: numq; a nostris eiusmodi ap
pellatione: digni sunt habiti. Nisi forte velis dicere: te eo mo
do theologos appellasse: quo constat a varrone romano ve-
rum doctissimo: appellatos esse. Nam quum in eius libris:
quos rerum diuinarum inscripserat: vt testis est Augusti-
nus: triplicem theologiam esse diceret: precipuam ac omni
um prestantissimam esse dixit: quę a philosophie fontibus

defluxit:quam quidem physicam appellat: in qua Platone affirmat:& qui Platonem sunt sequuti:principatum obtinuisse:quasi melius ipsi & ceteri de deo sensissent.Reliquas vero duas a poetis fuisse potissimum & inuentas & elaboratas : quarum alteram ciuilem vocat:quales sunt ludi scenici & theatrales:quia tragicis & comicis: in publicum preceteris afferuntur: qualia etiam apolinaria illa & Eleusina: ac bachanalia sacra:que omni sane turpitudine & obscenitate scatebant.Sed audi quid de huiusmodi theologię generibus:que maxime ciuilis dicitur & fabulosa Augustinus senserit: vt intelligas: q̄ vox illa crudelis est ac impia : qua poetas diuinos ac theologos appellas . Ait enī in suo de ciuitate dei libro sexto.Nec fabulosa igitur nec ciuili theologia sempiternam quisq̄. adipiscetur vitam .Illa enim de dijs turpia fingendo seminat: hec fauēdo metit. Illa mēdacia spargit:hec colligit:illa res diuinas falsis criminibus insectatur.Hec eorum criminum ludos : in diuinis rebus amplectitur . Illa de dijs nephanda figmenta hominum: carminibus personat. Hec eaum deorum ipsorum festiuitatibus consecrat: flagicia & facinora numinum: illa cantat . hec amat : Illa prodit aut fingit : hęc aut obtestatur veris aut oblectatur falsis . Ambe turpes: ambe damnabiles. Sed illa quę theatrica est:publicam turpitudinē profitetur:ista que vrbana est:illius turpitudine ornatur.Hęc Augustinus: Non erunt igitur: nec hoc modo: poete a nobis:theologi aut diuini appellandi.Postq̄ vir ille doctissimus ac sanctissimus:cuius auctoritate in maximis ingenij incrementis:ecclesia est adaucta:non solū reprobat sed detestatur.Neq̄ ex sola ciuitate expellit vt Plato: sed ex vniuersa christiane religionis consuetudine ac societate : quum

& ambas turpes appellat: & ambas dãnabiles: dicatq; mẽ
daces esse & nepharias: & criminosas & sacrilegas: omniũ-
q; viciorum vbertate redundantes. Quinimo nec varro ipe
qui id theologię genus a ceteris secluſit: censuit poetas ſeqn
dos esse: quum vir esset acutissimi ingenij: excellentissime-
q; doctrine: videre q; illius deformitatem: Tum etiam ad
uersus deos impietatem. Ait enim in suis antiquitatum li-
bris. Physicos vtilitatis causa scripsisse. Poetas vero delecta-
tionis. Propterea que a poetis conscripta sunt: populi sequi
non debent: crimina sunt deorum: que tamen delectant &
populos & deos. Ex quo videtur virum sapientissimum:
recte intellexisse: quales poete essent iudicandi. Et si ea tem-
pestate corrupti ciuitatis mores: romanam rem p. peruertis-
sent. Et subiungis statim: q; ex eorum raritate sint extiman
di diuini. Quam quidem sentẽtiã: nimis mihi fateor incõ
sideratam visum esse: quasi raritas ipsa: quemadmodum de
deo dicitur: rebus mortalibus diuinitatem prestaret: q; d; q;
falsum sit: q;ue inane ac stolidum: ex te cogita. Nã si ita eẽt
profecto nihil diuiniꝰ q; fœnix: nihil quoq; q; vipera: q-
rum alteram scribunt historici ex parentis mortue cinerib⁹
oriri. Alteram vero ex matris quoq; erupte partu effundi:
Vnde etiam vipera a violento partu est appellata: nec vnq;
nisi vnam in vtroq; genere reperiri. Sed hee sũt fabule: qua-
les nec poete fingerent. Tam & si Ennium illũ priscum &
ineptũ poetam: non piguerit eos sanctos dicere: quasi Pla-
tonico illo furore: ad effingenda mendacia componendaq;
flagitia concitarentur. Nã q; rariores fuerint poete: & sem-
per pauciores inuenti: q; ex ceteris artibus: qui potuerint
ad aliquod culmen euadere: sane non ob excellentiam ipsi-
us artis euenisse cõstat: sed ob id morbi: quo quisq; & ma-
xime ea ętate: ingenioſi viri ac honoris cupidi agitabantur:
quoniam nullam prorsus in ea dignitatem aut mercedẽ spe
rarent. Quod si preterea ex raritate ars aliqua diuina iudica-

ri debuisset:ea,pfecto esset oratoria.¶Que quidē quā oīs inhonesti rectiq; acvtilis consideratōe versetur:tñ vt inquit Cicero:multo pauciores vsq; ad eius ętatem fuerunt oratores q; poete.Non erunt igitur existimandi poete diuini: ob raritatem neq; hñdi.Et dicis q; poetarū demōstrationibus deum cognoscimus:quo quidē dicto: mea sententia nihil absurdius.Nam quō deus cognosci pōt ex ea theologia:q̄ mendax est turpis ac flagitiosa:quō poete deū demōstrare possunt:quē nunq; intellexere:quorū ingenia nō sint nisi inter inanes turpissimarū rerū fabulas versata:& ad cōcitandā ad libidinem iuuentutem.¶Quō dicis preterea demonstrare deum:qui neq; oculis videri:neq; vlla humana rōne satis cōprehendi potest:quē quū salurator a Philippo rogaretur vt eis demonstraret:contempsit inquiens:Nemo vidit patrem nisi filius.Et ipe.Nullus em̄ faciem meam videbit & viuet.Quinimo Esaias ideo lapidatus est:quū dixit se illū oculis vidisse:&Moyses qui loquebat facie ad faciē:nunq; dicit se:nisi eius posteriora conspexisse:& dicis a poetis demonstrari:qui nunq; demonstratus fuerit moysi.neq; a saltratore vnq; discipulis:cur nō digniores:vt lapidarētur poete:si eam habent facultatē demōstrandi dei quā neq; voluit saluator:quomodo quispiā poterit deum videre:quē nū q; discipuli potuerunt intueri.¶Demonstrare em̄ nihil significare potest:quā rem ostēdere:q; cernere oculis:aut comprehendere rōne possumus:quēadmodum mathematici ac dialectici plerūq; vtuntur.¶Sed quū nō possit deus:neq; oculis cerni:neq; vlla cōprehendi rōne:de eo in sua ppria essentia vt & deus est & dicitur:quō tu inquis a poetis demonstrari.Erit igitur id:aut prorsus absurdū:aut ipa oratio vt i pleriq; incōcinne ac inepte posita.¶Sed credo te non demonstrationibus:sed carminibus dicere voluisse.Quod si ita est quęso quis erit hic deus:Non erit sane ille quem colimus qui cruci affixus eius sanguine ac morte nostram redemit

mortem quẽ olim in carne homĩs potuerunt intueri. Quis igitur nisi illum: qui regiũ puerũ preter nature decus detur pauit: qui danaem puellã castissimã corrupit: qui europã fœdauit: qui tot stupra: tot adulteria: tot mechationes: per vniuersam pene greciam turpiter impudentercꝫ patrauit: Quid dices: Non em̃ existimo te de xp̃o dicturũ: quum de Ioue significant: quẽ nostri mortales ac corruptibilem esse Tam etsi maximũ hoĩm ac optimũ appellent. Sed potius quum dicunt: At pater omnipotẽs rerũcꝫ eterna potestas: et illud: O qui res hoĩmcꝫ deumcꝫ: eternis regis imperijs: & pleracꝫ hmõi. sed male ꝓfecto actum esset tantis ingenijs tantecꝫ doctrine: si nuncꝫ intelligere potuissent pœte deum omnipotentẽ esse oportere: ac eius imperiũ eternum. Ergo vir christianus id nõ intelliget: nisi a pœtis fuerit eruditus: stultum esse: ac temerariũ id dicere: qꝫ esset contra oĩe religionis decus: ac iusticie cultũ facile cõmineretur. Turpe erit igitur atcꝫ absurdum dicere: qꝫ pœtarũ demõstrationibus deus cognoscatur: quũ inanis sit ac contẽnanda illa doctrina: que nõ vacat erroris suspitione: quinimo q̃ tota aspersa est mendacijs: & fictis de deo calũnijs: & subiungis te audiuisse eos adeo captos studio philosoohię: vt contẽptis secundi bonis: antra sibi ac prerupta montiũ loca delegerint. Verũ id ego vncꝫ necꝫ audiui preterꝫ a te vno: necꝫ etiã memini me vncꝫ legisse quẽpiã hmõi sibi vitã delegisse ꝓter Euripidẽ tragicũ: sed nõ ea q̃ dicis de pauptate religione. Verũ potiusqꝫ a mulierũ contagione abhorrebat: vt testis est Theopõpus & Aristophanes: qui de illo scripserũt. Tũ etiã quũ postea ad archelaũ macedonię regẽ se contulisset redeuntẽ noctu domũ a canibus dilaniatũ. Alterã deinde epl̃e tuę quã constituisti ꝓpẽ aggrederis in q̃ ꝓtractãda mihi videris: ob eã quã in pœticã artem charitatem geris: nec religionis tue nec fidei christiane: nec tui ipius satis memorẽ fuisse. Omitto illa que ex Persij carminibus; magis ad argu

endos aliorũm mores: ꝙ ad cõprobandã ꝙ ſuſcepiſti cãm ſatis mea ſnia inter reliqua importunę geſtiſti. Illd̃ me mouet qd̃ dicis: Domum quandã in terris eſſe: diuino munere: adinſtar cœleſtis concilij: ſacris tm̃ ſtudijs dicatã. & poſtea inſcribis eam eſſe animã. Deinde ſubiungis in qua profecto velut monarcha: quedã in arte poeſis rerum magiſtra regia facie p̃ſidet: admiror equidẽ: nec poſſum ſine moleſtia legere: ꝙ hmõi oratio: ex tam religioſi ac perdocti viri labris exciderit: ꝙ poeſim ꝙ Auguſtinus vt oſtendi plenam oĩs turpitudinis & obſcenitatis inquit: & Hieronimus deteſtatur quaſi ſiliquas quaſdam ad porcos parandos: & demonum cibum qui vti confinguntur coriam appellans: tum etiam tot clariſſimi ac doctiſſimi viri abiciunt & contẽpnunt: tu ſolus eam audeas & magiſtram rerum dicere et quaſi monarcham quandam ac omnium reginam: in animę ſede p̃ſidere. Nec tibi veniat in mentem religionis tuę neꝙ profeſſionis: neꝙ eorum ſtudiorum diſciplina quibus quotidiana cura & exercitationis conficeris? Nam ſi illa vt inquis magiſtra omnium ac regina: quid nam erit philoſophia ꝙ Cicero omnium laudatiſſimarum artium procreatricem quandam: & quaſi parentem appellat: quid erit ciuilis ſcientia: ꝙ Ariſtoteles Ethicorum primo non dubitauit cæteris omnibus anteferre? Quid erit theologia tua & vere ſacrarum litterarum ſtudium. Aut enim ſcientię omnes illius vnius miniſtre erunt & pediſſequa & ancillę: ſi illa regina & imperatrix eſt omnium: aut Cicero & Ariſtoteles mentiti ſunt: qui cæteras omnes artes philoſophię: reiꝙ p̃ adminiſtrationi poſtpoſuere? Sed quid poteſt dici turpius ꝙ theologia ipſa qua verum deum intelligimus nõ mendacẽ non confictũ non fucatũ aliquo erroris colore: nõ inceſtuoſũ: nõ adulterũ: nõ pediconẽ: vt poeſi: ſꝫ pudiciſſimũ immaculatũ: incorruptibilẽ: veracẽ: nudũ ac detectũ: oĩmiꝙ cãdore ac puritate illuſtriorem: pediſſequa ac miniſtra libi

dinose ac lascivientis poetice diceretur. Et postea quasi nõn satis fuisset: q eam reginam ac monarchã dixeris: subiũgis sacris induta vestibus: iure meritoq mortalium imperatrix est appellata. Sed q̃ nam erunt illę sacrę vestes quas indui- tur tam illustris regina & impatrix poetica: Non enim ille erunt quę cognitione virtutis sunt contexte: vt philosophię neq quę bñ regende reipu. doctrina elaborate: vt ciuilis scie Neq q̃ pollent lumine veritatis: vereq vitę ac innocentię disciplina & splendore vt theologię. Sed quę lasciuijs expu- mant: omnicq fetent obscenitatis genere. ergo vestes illas sa- cras appellabis: quę tam execrabilem doctrinę fucũ pre se ferunt. Ergo illam reginã ac imperatricẽ dices q̃ oĩm libidi num incendijs ebulit: cuius cantilenas porcoꝝ siliquas: vt dixi & demonũ escam; Hieronimus appellat: & dicis eam esse quę cœlestia docet archana: Indigna certe ac prophana sententia! Disrumpantur igitur posthac omẽs sacri codices Confringantur testamentum vetus & nouum non sit qui legat Augustinũ neq Hieronimu: Postq regina ac impa- trix poetica ipa est: q̃ cœlestia docet archana: quęue sacras in duta vestes: presidet cæteris: ac q̃ lis sit deus facile demõstrat dũ mechũ iouem facit & adulterꝝ & pediconẽ. Et subium- gis: hanc vero sequũtur a tergo: sũma veneratione homines qui post dñam: celsa in sede locati sũt: mites aspectu ac mo rum grauitate pleni! Sed qui sunt isti quęso tante venerati onis viri: tantę grauitatis: tantę morꝝ disciplinę: tam mitis ac iocundę indolis Virgilium ne vnũ esse inquies: sed eum scribit Seruius rustica na facie fuisse: & adeo exarsisse libidi ne: vt nec pepercerit maribꝰ: Ouidiũ inquiens q̃obrem ergo dãnatus ꝓpetuo fuit exilio: & potissimũ a clementissimo oĩm Augusto: Lucanũ ne forte: sed cur deprehensus in piso- niana coniuratõe aduersus cęsarẽ: incisione venarꝝ interijt q̃ sunt igitur hij tam graues & honesti viri: Comici ne forte hij sunt aut tragedi? Sed quid lasciuius comico: q̃d crudeli-

ac inhūmanius tragedo. Quid vtroq; ꝑ ſua facultate indi=
gnius: quū hiſtrionū more: ſuas ſepenumero fabulas acti=
tarēt: atq; in eis actitādis: neq; vox neq; geſtus neq; motus:
nec vlla demū corporis ꝑs erat: q̄ vacaret obſcenitate: & effu
ſa licētia turpitudinis. Et dices vt credas eos potiuſq; mor=
tales: quū nidū velut Iouis ales in celū locarint. Mihi profe=
cto videtur id tibi mō euenisse: quod dormitātibus pueris
plerunq; ſolet. Nam ſi qua fortaſſe q̄ interdiu affectaſſent:
noctu ꝑ ſomniū viderint: & poſtea tātope ſibi ꝑſuadent: vt
vera eſſe oīa facile exiſtimēt. Poſtq; ēm tibi ſomniaſti poe=
tas theologos ac diuinos eſſe: nullū ꝑfecto tm̄ eſt diuinita=
tis mun⁹. q̄d nō arbitreris eos aut iā conſequutos eſſe: aut
facile cōſequi poſſe. Nam ſi poete pluſq; mortales eſſent. &
nidū (vt inq;) in celū locaſſent: quid eſſent queſo niſi aut dij
aut q̄dā ex ſuperiroibus intelligētijs: cum nihil huiuſmodi
poſſit aliud q̄ mortales eſſe: ac īcolere celeſtē illā plagā: q̄d
idē nō ſit incorruptibile & īmortale. Sed q̄ falſa ſit hęc opi
nio. teſtes ſunt ipſi: qui nobis clariſſima ſue mortalitatis mo
numenta reliquere. Preterea ſi poete ſunt qui celum poſſi=
dent: cur elaboramus fide: continētia: integritate. Cur ſecta
mur vere virtutis ſtudium: ac veri dei cognitionem: cum
tot potiſſimū laboribus ac erumnis. Cur ſuperiores noſtri
ſancti viri: tot cedes: tot cruciatus: tot incendia pertulere: vt ſi
bi & īmortalitatem ac celeſte domicilium compararent. Si
via eſt alia facilis & plana & leuis: ſine vllo cruciatus terro=
re: quę poetica dicitur: qua quiſq; ſibi immortalitatē conſe=
qui poſſit: cur denum aliam ſcientiam perdiſcimus: q̄ poe
ſim: poſtq; poete ſunt: qui celum poſſident: ceteri vero ter=
ram colunt: atq; dum viuunt: in terris: pluſq; mortales ſint
exiſtimandi. Quod quā vana ſit ac ſtolida opinio. Augu=
ſtinus ipſe ſuperius euidētiſſime teſtatus eſt: ait ēm. Nec fa=
buloſe nec ciuili theologia: ſempiternā q̄ſq; adipiſcetur vi=
tā. Si igitur rōnes oēs huic opponūt ſentētie: & Auguſtin⁹

ipſe negat:ex figmentis poetarū quempiam beatam con=
ſequi vitam:cur dices tu illos pluſcꝫ mortales eſſe credere:q
omnem pene etiã humanitatem amiſere? Et cur dices eos
nidum ſuum in celum locaſſe:qui vix potuerint nec in ter=
ris quidem aptum ſibi domicilium cõparare? Sed quid ego
hęc:quaſi erraueris:quum dixeris eos in celum nidum locaſ
ſe:veluti alitem iouis:quum necꝫ aquile:quę alites iouis di
cuntur:in celo nidificant:necꝫ poete vſcꝫ nidos habent. Et
poſtea ſubiungis illud Ariſtotelis dictum:vniuſcuiuſcꝫ ſci
entię vnum eſſe ſubiectum: & recte inquis: quoniam vna
quecꝫ ſcientia:vnum etiam habeat ſubiectũ eſt neceſſe. Sed
qua ratione id dicas:non exprimis. Ferrarie autem artis fer=
rum dicis eſſe ſubiectum. Nec illud quidem abnuerẽ. Sed
qd velis adhuc inferre: ob id non enarres? Credo te timuiſ=
ſe aperte dicere:deum eſſe poetice ſubiectum. Ne videreris
vnam & eandem theologiam eſſe dicere:quę a poetis con=
flata eſt:& quę a ſanctis viris:ſummo ſtudio relicta. verum
tamen quum ſtatim adiungas. Sed ſcientiam elegerunt in=
ter ſidera:inter deorum ſedes ornatuſcꝫ celeſtes: & ſi adhuc
adeo perplexa ſit oratio tua:vt vix poſſit intelligi: mihi ta=
men videtur te id voluiſſe plane ſignificare. Quod ſi ita eſt
quid dici poſſet abſurdius: quid crudeli?: quid perfidius ac
magis impium:vt ſummam laſciuiam:ſummamcꝫ peccan
di licẽtiam:ac vnius ſordidiſſimi adulteri Iouis cognitionẽ:
cum veri dei intelligentia rationecꝫ:ac vitę beatitudinę com
pararęs. Et ſubiungis: poeſis preterea ſtabilis eſt & fixa ſci=
entia:eternis fundata atcꝫ ſolidata principijs Vbicꝫ certe &
omni eodem tempore:nec vllis vncꝫ vt cetera concuſſa mo
tibus. Nonne dixti te velle. nullam aliam eſſe theologiam:
preter poeſim:aut certe eandem eſſe cũ illa:quã nobis reli=
quit Saluator:ſed declara apertius:quid ſit illud: q poeſim
fixam ac ſtabilem appellas. Nihil enim eſt fixũ: quod non
in aliquo fixum eſſe ſit neceſſe. Sed in quo eã ſcientia:ſi ſci=

entia est:appellanda erit fixa:aũt enim optis est:vt ea in deo fixa dicatur:aũt in animis hominum : postꝫ scientię omnis:ex ea parte animi proficiscuntur: vt inquit Aristoteles: quę rationalis & intellectiua dicitur. Mors vero ab ea : quę prorsus caret ratione:si enim fixa scientia dicitur: ꝙa in deo fixa sit:profecto illud etiam verum erit:quod inquis stabilẽ esse:& illud quoꝫ:ꝙ eternis sit fundata ac stabilita principiis:quum nihil sit stabile:quod idẽ nõ sit incõmutabile neꝫ incõmutabile quicꝫ & eternis fundatũ principijs:quod idẽ nõ sit deus:ꝙd erit igiẽ poesis:nisi deus:Qd' si ita inqes: qd' nõ existimo: sequit ist d' absurdissimũ ac nephãdissimũ omniũ:ꝙ in deo nulla esset veritas:sed summa turpitudo: & mendaces de ipso opiniões. Postꝫ poetica ipsa nihil aliud est ꝙ fictio quedã fallax ac lasciua:in qua nulla veritatis cognitio:nisi obtecta sũma erroris caligine repitur.quẽadmodũ vt diximus Hieronymus testat:quũ dicat verum: nulla ibi saturitas veritatis:nulla iusticie refectio reperiẽ:studiosi eaꝝ in fame veri:& virtutũ penuria ꝑsererãt. Apuleius quoꝫ quẽ summũ platonicũ Augustin⁹ vocat : quũ de figmẽtis poeticis diceret. Ex hoc inqt ferme demonũ numero:poete solẽt quãꝫ ꝑcul a veritate:osores & amatores quorundã hoim deos fingere. Hos ꝑsperare & vehere:illos contra aduersari & affligere. Igiẽ & misereri & indignari:& angi & letari:oẽmꝫ hũani animi faciẽ pari sibi motu cordis: e salo mẽtis:ꝑ oẽs cognitionẽ estus fluctuare: ꝙ oĩs turbelle tẽpestatesꝫ;ꝑcul a deoꝝ celestiũ trãqllitate exulãt. Quod si apuleius vir gẽtilis: nec nr̃e religiõis cõpos:mẽdacẽ poesim dixit:turbulẽtãꝫ ac tẽpestuosam:ab oĩꝫ celestiũ trãquilli tate alienã:cur ꝙ diuinitatis particeps est: & nostre religionis cultor:eã in deo stabilẽ ac fixã esse excogitauit: Verũ si dixeris eã abs te ita diffinitã esse:ꝙ in animis hoĩm & in quo cũꝫ est stabilis ac fixa sit dicã ꝑfecto: nec hoc modo ex te recte excogitatã fuisse. Nã quõ ea res stabilis dici põt: quę

mutabilis sit: & possit incremẽtũ capere: in quocũq; est & decrementũ. Quo mõ etiã fixa. q̃ possit erui. Stabile aũt & fixũ: nihil dici põt: nisi qđ incõmutabile est. Quod aũt poesis in animis hominũ incrementũ capiat & decrementũ: nemo est q̃ dubitat: quũ & ętate & exercitatõe & assiduitate crescat. Muniatur etiã plerũq; morbo: plerũq; etiã prorsus eruitur: quũ inuẽti sunt nõnulli: qui aut casu aut morbo: pristinarũ oĩm rerũ memoriã penitus amiserit. Preterea quomõ fundata erit ac stabilita eternis principijs. vt inquis: si commutabilis sit atq; in animis hoĩm locata? Nullũ eñ noui eternũ principiũ: p̃ter deũ. Animi hoĩm nõ dicuntur eterni sed immortales. Quod aũt neq; in deo sit neq; ex deo: satis abunde opiniõe demonstrauimus. In quo igitur erit stabilis & fixa poesis: & eternis fundata principijs: si nec in deo esse põt: nec in animis hominũ stabilis ac fixa: quũ in deo figmẽta esse absurdissimũ sit: & plerũq; in nobis corrumpatur & decidat. Et dicis q̃ vbiq; est & in omni tpe eadem: & recte quidẽ dicis. Nã vbiq; & semp mendax est poesis: nec ex se nisi silique & porcorũ & demonũ cibus excutitur: teste vt dixi Hieronymo: & subiungis statim: nec vllis vnq; vt cetera cõcussa motib⁹: ergo sola adamanthea est? Quũ nllo possit neq; ferro neq; ictu neq; morbo: neq; morte etiã ipsa cõcuti neq; labefactari. Preterq; cũ hircino sanguine: p̃ quo tragoedi acccerrime certabãt. Sed hę inanis res sunt fabulęq; dicere: q̃ saturnus patris abscíderit testiculos: aut q̃ aratrix fuerit Ceres: aut seminator triptolemus: longeuũ insup inquis bonũ poesis p̃stat imitatoribus suis? Si illud bonũ est: quod peripatetici dicunt esse: quod omnia appetunt: & vt intelligamus: quid sit illud bonũ quod omnia appetũt: dicis id esse vitam: & declaras eam esse famam: quam inquis nostri poete sibi vendicauerunt. Sed quum hęc dicis: multa mihi videris: non solum vt cetera preter rationem dicere? Verum etiam incepta ac parum animaduersa. Se-

duo pre ceteris: que haud quaq; mihi sunt visa: condictioe tua digna: quu famã affirmes: longeuu bonu esse: & id etiã esse quod peripatetici inquiũt omnia appetere. Nam si fama esset id bonũ quod omnia appetũt: id esset etiam finis omniũ: quũ a fine omnia dijudicentur: sitq; ad quẽ omnis ars omnisq; doctrina & actus & electio dirigatur: vt testis est Aristoteles ipse: qui illud bonũ cum fine conuertit: ideo inquit idem bonũ esse quod omnia appetũt: quũ omnia appetere finẽ boni: & ad id nata & creata esse videantur. Sed medicine finis non est fama sed sanitas: Necq; rei militaris est fama sed victoria: necq; œconomice ẽ fama sed diuitie: & vtilitas necq; alterius cuiuscũq; vis rei est famã finis: sed aut opera aut operatiões. Quomõ igitur iquis famã esse quod omnia appetũt: quũ esset necesse: quod fama omniũ rerum finis existeret. Preterea Aristoteles ipse: quũ intelligeret: qualis fama esset: quãue sequutrix malarũ rerũ: in quibus nullã prorsus ponebat felicitatẽ: necq; laudi cõparandam esse: necq; glorie necq; dignitati: qui semp virtutẽ ipsam sequunt nullis eam prorsus in bonis numerauit. Laus vero & gloria & dignitas: quoniã a virtute proficiscantur: & eã tanq; ducẽ: ac omniũ imperatricẽ sequuntur: recte quidẽ & bona sunt & ab eo bona appellantur. Fama autẽ cõtra: quũ potius scelera ac flagitia & credulitates cruentasq; victorias consequatur vt a Virgilio dictũ est, fama malũ quo nõ aliud velocius vllũ. Mobilitate viget: viresq; acquirit eundo. Ideo nõ existimauit vir ille doctissimus: eã inter bona esse locandam. Nam quũ bona omnia q̃ bona possunt appellari: quibus animus hominis affici solet tripliciter diuisisset. Aliaq; esse diceret bona animi: alia corporis: alia extrinsecus: nunq; memini me vidisse: q; ille qui pipateticorũ princeps est habitus famã inter bona aliqua cõnumeraret. Quod si in aliqua pte esset locanda: in ea pfecto locare debuisset: que bona continet externa: in quibus dixit & honorẽ esse & dignitatẽ: &

laudem & diuitias: & principatus & imperia: quum nõ sit necꝫ animi bonũ fama necꝫ corporis: necꝫ etiã vllo modo esse possit. Sed quum in nullis huiusmodi bonis ab eo posita inuenitur: quomodo dicis tu illam esse id bonũ: quod omnia appetere pipathetici dicunt. Postꝫ nec ab ipso qui eorum princeps fuit: inter bona nusꝫ sit posita. Sed age sit fama vt dicis bonũ: sit etiam si placet omniũ externorũ bonorum maximũ ac prestantissimum: precedat decus: precedat laudem: precedat dignitatẽ: precedat principatus ac imperia: nunc̃ꝫ tamẽ fama bonũ erit illud quod inquis. Peripateticos dicere: ab homine expeti: aut expetendum esse. Sed id potius erit aliud quidẽ: quod excellentia sua cetera omnia bona: etiam cum ipsa fama complectitur & antecellit: in quo vno: vera hominis laus: vera gloria: vera fama: ac vera omnia decora consistunt. Quod si quidem quum in bene beatẽꝫ viuendi constitutum esse inquiant: non famam sed id est creationem siue fœlicitatem appellant: quam a poetis alienam: ac prorsus remotam Augustino teste ac Hieronymo facile ostendi. Quod autem ea sit id bonum: quod peripatetici dicunt esse ab homine expetẽdum esse. Aristoteles que dixi eorũ pr̃icipem esse: a quo ea secta denominata est: sic in eo libro: quem ethicorum nicomachi ab initio inqrit. Quoniam vt p̃diximus: omnis cognitio atꝫ electio: bonũ quoddã appetit. Videamus quid illud sit: quod ciuilem dicimus appetere: & quod omnium agibiliũ supremũ est bonũ: nomine quidẽ ferẽ omnes consentiunt. Idꝫ fœlicitatem omnes simul & ignari & eruditi vocãt: beneꝫ viuere ac bene agere: pro eodẽ accipiũt ac fœlicem esse. Hęc Aristoteles: & de eo bono quidem: quod ab homine quẽ id est ciuilẽ appellãt est expetendum. Et de qũo ãgimus modo. Nõ erit igitur fama bonum illud: quod inqs a peripateticis dici: ab homine expetẽdũ esse. Sed cũ virtute viuere: ac de virtute opari: quã qui-

dem vitã:beatã & fœlicẽ appellãt.Sed longeuũ inquis ho=
minẽ facit:multacꝫ ad id exempla inducis.¶Verum quid cõ
fert christiano homini ad beatitudinẽ:ad quã natus est: fa=
ma perlonga: quũ illa nõ sit:quę verã prestet vitã:necꝫ quę
verã gloriã cõpare::etiã si longior sit ꝙ seculũ:quid em pro
fuit homero illi grẽcorum omniũ elegantissimo:vt eius fa=
ma vsꝫ ad hãc ętatẽ pueniret:quid virgilio:qd ceteris om=
nibus.¶Etiã si omnẽ posteritatis cursum:lõgitudie fame su=
perarent.¶Nunqd adhuc Nero fama viuit: cuius crudelitas
ac libido:tãta fuisse traditur:vt necꝫ parẽti mortue pepcerit:
¶Nũquid & phaleris:cuius principatus oẽm tirãnidẽ omnẽ
ferã:oĩa monstra ĩmanitate superauit.¶Nũquid & iude p=
sidia:vt ne ad exẽpla nostra cõuertã viuit adhũc:ac diutius
fortasse ꝙꝫ hoĩes viuet q nã ętas tã lõga tãꝫ a nobis remo=
ra:q possit herodis illi⁹ in pueros crudelitatẽ ac cruẽtos gla=
dios abolere.¶Qd tẽpus tã cõtinuũ tã ꝑpetuũ:qd christia=
ne fidei ꝓsequutorẽ atrocitatẽ:& incendia odia possit extin=
guere:quid ergo erit hęc fama tua:quã tanti facis quam ve,
dicis id bonum esse:quod omnia appetunt: si tantundẽ tẽ=
poris prestat vni ꝙꝫ alteri:quinimo potius plus addat diu=
turnitatis sceleri ꝙꝫ virtuti: fac aliquid vt iuuenalis inquit:
quod sit grauis & carcere dignũ:si vis esse aliqd:ꝑbitas lau=
datur & alget.¶Exquo nemini dubitãdũ est:vt si viri illi de=
nuo reuiuiscerẽt intelligerẽtꝫ:quali forma vsꝫ ad hãc ęta
tem puenissent:nõ solũ a tanta fœditate abhorrerẽt:sed eti
am vehemẽter augerẽtur nõ ꝙ eius nomen simul cum vi=
ta prorsus nõ interiisset.¶Huiusmodi igitur fame lõgitudo
quum non sit quę necꝫ beatas poetas reddat: necꝫ ad ve=
ram conferat immortalitatem : quę nam erit laus : ꝙ huc=
usqꝫ viuant : quum tot crudelissimi ac nefarij viri etiam
viuant.¶Vera enim vitę longitudo:laus est illa:quę ab inno
centia integritatecꝫ ac iusticia ꝓficiscitur.¶Ea est vera fama:
quę de virtute nascitur : non quę a lenocinijs fabularum

aut criminum venustate exoritur? Et si illa perioc̃nda sint ac mirifice ob elegantiam & dicendi dignitatem animi de mulceãt. Nõ enim in percipienda voluptate: sed in sustinẽ do labore perferendisq; cruciatibus: omnis virtus omnisq; de virtute laus ac gloria p̃ficitur? Addis preterea multa q̃ maxime tibi videntur aspirare poeticę dignitati: sed frustra quidẽ mea sententia eniteris: quũ nec ea eiusmodi sint: vt satis digna videantur ad extollendã poeticam: nec satis apta ad eam a delicto expiandã? Ais enim fabulam dictã a fando: quasi id sit a sui origine aliquid laudis allaturũ: quum presertim fabulari, put inquis quod constat a fabula ortũ: plerisq; in locis sacre littere serie ac grauiter vtãtur. Nec falleris quidẽ quũ scriptura: huiusmodi dictionibus sepenumero abutatur. Esto igitur ita sit: a fando fabula: & ab ea dictum fabulari: non tamen sequitur q; fabula aliquod debeat serium significare. Nam si ita in hoc esset: necesse etiam foret vt idẽ quoq; in ceteris eueniret: que potissimũ ab eodem fonte deriuarentur? Sed hoc falsissimũ est vt ostendã. Nã plerisq; non solũ significantiã mutant sed etiã proprietatem. Non erit igitur vt inquis ita existimandũ. Fatuus. n: & si a fando dici testis est varro: nullã tamẽ ab origine laudem consequitur: quinimo & significantiã eius originis: et proprietatẽ amisit: quũ fatuus ille dicatur: qui omnẽ fandi rationẽ prodiderit: quẽadmodũ apud grecos dicitur? Sic & fatum a fando: verũtamen fatum plerũq; & mortẽ significat: sic Virgilius. Postq; te fata tulerũt: ipsa pales agros atq; ipse reliquit apollo: fabulari aũt: & si a fabula dictũ sit: nõ est tamen mirandũ: si etiã honestis ac grauibus in rebus auctores vtantur: quũ id in plerisq; alijs vt dixi: tã grecis q; latinis dictionibus soleat euenire? Audacia enim ex natura sui: semp excessum quendã vitiosum significat: vt testis est aristotiles: quũ fortitudinis superius sit extremũ: audere tñ illũ dicimus: qui sese erigit ad virtutẽ. Monstr̃: tamẽ

non nisi quod preter naturā aūt consuetūdinē euchire solet significat: Virgilius Monstrū horrendū ingens. Verūtamē monstra a quo deriuari certū est aut moūere a quo festus inquit deduci plerūq; & disciplinā & honestas res & vtilitatas significāt. Sic & amare sed amator nō nisi lasciuiā & auiditatē libidinis ostendit: itaq; nō est mirandū: si etiā in sacris libris inuenitur fabulari aliter q; a fabula deriuatū significare: quando quidē verba q̄ veniūt a nominibus: aliā plerūq; capiant proprietatem: alia quoq; nomina. quę a verbis mutant etiam significantiam. Deinde diffinis fabulam esse fabularem inquiens seu demonstratiuā sub figmento locutionem: cuius amoto cortice: patet intentio fabulantis. Nescio profecto quę nā sit hęc diffinitio. Nusq; eē memini me legisse: q; fabula est fabularis locutio. Sed queso vñ tibi surrepit. Mihi eē visa est non solum vera: sed etiam iocunda atq; apta sermoni nostro. Nam si fabulari est loqui vt dicis: & ostendis per exempla: enormis nimirum erit atq; inconcinna diffinitio illa: quum nō possit recte dictum esse: q; locutio sit locutio: postq; velis: q; fabula sit locutio: quoniam & fabulari sit loqui: sed profecto quum dicis: fabulā esse fabularem locutionē: videtur nimirū aliud fabula q̄ locutio significare: & si non minus: & id quidē inepte ac incōcinne dictum constet: quum manifestum sit fabularis additū esse locutiōi ad diffinitionē: quo fabulā separet a ceteris locutionibus. Erit igitur fabula aliud longe a locutione simpliciter: quod maxime ex hac tua diffinitione confirmari certissimū est. Et subiungis: cuius amoto cortice patet intentio fabulantis. Ergo fictio illa q̄ dicitur poesis: tanq; cortex. & recte quidem. Sic etiam eam Hieronymus comparat: siliquis: que solent post exactum legumen: porcoꝝ mense parari. Sed quę laus est ista poetice: quā sanctā & diuinā fecisti: vt turpissime totius arboris parti comparetur: q̄d cortice horridius: q̄d infecundius: q̄d inutilius: quum non sit traditus

arbori nisi ad recipiẽdos prios ict⁹ absorbẽdasq; tẽpestates & dicis eo amoto p; ĩtẽtio fabulã tis: ergo si subtraxerit hũc corticẽ: plane enudabit iupiter tu⁹ & apte tũc se ostentabit haud ãpli⁹ deũ neq; deoꝝ atq; hoim regẽ: sed oim mechorũ & stupratoꝝ pricipẽ & ipatorẽ. Pulchra qdẽ & gl'iosa poetaꝝ intẽtio: & digna vt declaret ingenuis adolescẽtibus quo addiscãt & ipi mechari: stuprare: adulterari & rapere more principis illius: nõ dico celi sed lupanaris. verꝝ alr Cicero fabulã diffinit: alr etiã spẽm illius oñdit in eis potissimũ libris quos de arte dicẽdi cõposuit. nã quũ tria dixisset narrationũ gña eẽ: illd'aũt genus: qd' dicit a cã ciuili remotũ esse in duas diuisit spẽs q̃ꝝ alterã in negocijs: alteram in psonis positam eẽ inqt. q̃ vero in negocijs posita est: in tres quoq; partes diuisam affirmat: fabulam: hystoriam: argumentum Fabulam dicit esse que neq; res veras: neq; verisimiles continet: vt he sunt inquit quẽa tragedis traditẽ sunt. Historiã vero rem gestam esse sed ab ętatis nostre memoria remotã Argumentũ aũt rem esse fictam q̃ tñ fieri potuit velut comedia: quẽ vero in personis posita est: dicit inquit habere sermonis festiuitatẽ animoꝝ dissimilitudinem gratuitatem lenitatem spem, metum suspitionem desiderium dissimulationem misericordiã: rerũ veritatem: fortune cõmutatõem insperatũ incõmodũ: subitã leticiã: iucundũ exitum rerum qualia omnia fuisse in ea saluatoris narratiõe inuenies quã potissimũ de filio prodigo: ad explicandã humanẽ vitẽ cõditionẽ exposuit: neq; existimo hmõi narratõis q̃ nobis ab ipo saluatore, pposite sunt: aut a quouis mõ sacris inserte literis: fabulas eẽ dicẽdas: vt inqt: quũ fabule nec vere sint verisimiles. Neq; etiã argumẽta & si illa verisilia sint: quũ illa ad lasciuiã sunt inuẽta. Hęc aũt ad vitẽ exẽplũ institutõem q; ppositа. Ideoq; melius aut exẽpla dici aut silitudines aut pabolas qd' idẽ significat censendũ est. Postq; nullũ ẽ prorsus sacraꝝ rerꝝ cũ fabulis cõmertiũ. Nam q̃ vtilitas poetice disciplinę tãta erit: q̃ possit cũ saluatoris verbis exẽplisq; illis

cõparari:quũ poetica ſp mẽdacia effuſiſſima cõſpiret:hęc ve-
ritatis cognitõꝫ pſe ferãt.Illa petulantiã aclibidinẽ concitat
Hęc cõtinentiã & caſtitatẽ edocẽt:illa ꝓnitiẽ vitę:hęc ſalutẽ
ac btitudis viã oñdit:illa deſtruit:hęc edificat:illa corrũpit
adoleſcẽtulorꝫ ingenia:hęc ad ſũmã ſpem vitę erigũt & in-
ſtituũt.Nõ erunt igit hmõi a ſaluatore ꝓpoſita exempla:fa
bule dicẽde necꝫ figmẽta:Pꝰ q̃ꝫ nulla iter ſe fũt aut familia-
ritate aut vicinitate cõiuncta:Sed dicis varios fructꝰ poeti-
ce facultatis:& quũ velis eos explicare:q̃ ſint inq̃s quũ max
imas heroũ res geſtas poete canant & turpiſſimas hoim vo
luptates,ac turpiſſimos mores explicẽt:magno cũ verborꝫ
lenocinio!O ptimi ſane fructꝰ ac prematuri quos ab initio
poetica tua:tenellis adoleſcẽtulorꝫ ingenijs offert:ſꝫ q̃ſi vbi
nati ſunt hmõi fructꝰ q̃ tã ſuaue redolẽt tãtãq̃ fragrãt ame
nitatẽ:ſunt ne ex hortis heſperidũ:aut ex delitioſiſſimis ꝓſa
rũ ſeptis erepti at credo potiꝰ exorti formice:aut ex medio tar
tari aluꝫeo emerſiſſe!Pꝰ q̃ꝫ tã turpes voluptates ac tã turpes
vt inq̃s mores ꝓ ſe ferũt:& dicis magno cũ verborꝫ lenoci-
nio quo q̃dẽ nihil poſſet dici mea opĩone ꝓnitioſiꝰ:vt poe
tarꝫ lenocinijs magis alliciant anĩ:ad ĩbibẽdos eos mores:
quos tãto ſtudio ac exq̃ſita verborꝫ ſuauitate nitũt exprime
re:ac audiẽdas cãtilenas ſcatẽtes oim flagitiorꝫ labẽ!At di-
ces heroũ fcta magnifica fuere.Sꝫ q̃ſo q̃d cõfert hmõi do-
ctrina adoleſcẽtulorꝫ igenijs.Pꝰ q̃ꝫ tã late ptꝫ et grecorꝫ et la
tinorꝫ hiſtoria:ſũma cũ eloq̃ntia et dignitate cõfecta:maio
ri etiã ꝑcipiẽda cũ auctoritate:vbi nõ rerꝫ geſtarꝫ ſõnia ac ĩ
anes fabule vt ĩ poetica:ſꝫ vbi veras audire voces ac exꝑſſa
de virtute facinora poſſum?.q̃d nã exiſtias detrimẽti adole
ſcẽtes pati:ſi a poetis nõ erudirẽtur:q̃les fuerit herculis labo
res:necꝫ ſcirẽt ereptũ exiferis ab eo cerberꝫ et ſuꝑatũ anthe
um gerionẽ et erimantheam feram dectam ac poſitas in
atlantico columnas!Necꝫ ſcirent liberatam a Theſeo pa
triã & correptã totiens adrianam: & dectas cum hercule
amazones aut captam cũ argonautis troiam:aut ignorarent

THERMOLAVS

Iasoñem cũ ipis argonautis cholchidem adnauigasse & aureũ eripuisse vellus: & Medeam magicã meretricem: aut parricidã abduxisse. Sed dicis multa de vita ac moribus a poetis esse dictatũ: etiam de naturę & generatõis principijs Et quũ velis dicere q̃ sint illa: multa inquis q̃ comici & tragedi pre ceteris inducunt q̃ue etiam alij oẽs. Sed lege comicorum imprimis argumenta: tum etiã alioꝝ oĩm. Animaduertęs accuratius: quanta cõsperſa sint moꝝ venustate vitęq; pulchritudine. Est ne locus in illis qui nõ oleat meretriciã colluuionẽ: qui non sordidus sit iuuenũ stupris: qui nõ sit implicitus plurimis & dolis & fraudib⁹. Qd' si ad tragedias te conuerteris: est ne ibi etiam actus quidã qui nõ plenus sit furore: iracundia: cedibus: flãmis: q non effluat parricidio: sanguine: qui nõ maculatus sit adulterijs: qui non deturpatus incestibus. Sed age sint multa hmõi in illis inserta dicta: omni laude ac cõmemoratõe digna: q̃ralia sunt pleraq; quę ex Senecę potissimũm tragedia: & ex aliorũ libris apte & cõmode delegisti. Sint ita: non inficior. Sed q̃so neges ne ipe: quin illa tã digna nõ sint circumsepta multa plerũq; turpitudine & obscenitate. Per quę adeundũ primo sit: & a quibus confringende sunt pueroꝝ aures imbuendaq; eorum ingenia. Sed cur ergo per tot amphractus et prerupta loca periculosaq; precipitia lepusculum q̃ras: cur ego in tam vasto immersa bitumine vnicam philosophię sententiunculam piscabor: & presertim quum adeo pateant sacraꝝ litteraꝝ palmites: in q̃b⁹ nulla est dictio: nulla oratio nulla cõpositio: q̃ nõ redoleat summã charitatẽ: summã sapientiã: summã sanctitatẽ: summã doctrinã: summã disciplinã: ac vere vitę institutõem. Ex quibus euenit: vt tũ non solum vere intelligamus quę sit animę conditio: quam illi etiam: vt dicis fatentur immortalem: sed etiã eã imortalitatem cõsequtamur: quã quidem neq; poetę ipi neq; prisci illi philosophi: & si viderint: nõ tñ consequi potuerunt: quos

ãtides theologos & diuinos appellare? At dicis multa dixe⸗
runt de deo. multa de filio: multa de ſpũ? Multa eñ fateor
illos potuiſſe de deo dicere & quidẽ vera: quũ illius cogni⸗
tio nobis adeo inſita ſit a natura: vt nemo eſt tam demens
neq; tã inſanus qui nõ videat: vnũ deũ eſſe oportere: a quo
oĩa eumq; nõ carere ſapientia neq; ſpũ. Sed illis euenit quẽ
admodum inquit Apls q; cognoſcentes deũ: nõ ſicut deũ
glorificauerunt aut gratias egerunt ſed euanuerunt in cogi
tationibus ſuis & obſcuratũ eſt ĩſipieus cor eorũ: dicentes
